Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorū· ptexit me in abscondito tabernaculi sui·

In petra exaltauit me· & nunc exaltauit caput meū sup inimicos meos·

Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam uociferationis· cantabo & psalmum dicam dno·

Exaudi dne uocem meam qua clamaui ad te· miserere mei & exaudi me·

Tibi dixit cor meum. exquisiuit facies mea. faciem tuam dn̄e requiram.

Ne auertas faciem tuam a me. ne declines in ira a seruo tuo.

Adiutor meus esto. ne derelinquas me. neq; despicias me ds̄ salutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me. dn̄s autem assumpsit me.

Legem pone mihi dn̄e in uia tua. & dirige me in semita recta propter inimicos meos

Ne tradideris me in animas tribulantium me. quoniam insurrexerunt in me testes iniqui. & mentita est iniquitas sibi.

Credo uidere bona dn̄i. in terra uiuentium.

Expecta dn̄m uiriliter age. & confortetur cor tuum & sustine dn̄m.

IPSI DAUID

AD TE DN̄E CLAMABO DS̄ MEUS.

ne sileas a me. ne quando taceas a me: et assi
milabor descendentibus in lacum.
Exaudi dne uocem deprecationis meae dum oro
ad te. dum extollo manus meas ad templum
sanctum tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoribus. et cum
operantibus iniquitatem ne perdas me:
Qui locuntur pacem cum proximo suo. mala autem
in cordibus eorum.
Da illis secundum opera ipsorum. et secundum nequitiam
adinuentionum ipsorum.
Secundum opera manuum eorum: tribue illis.
redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera dni et in opera
manuum eius destrues illos et non aedificabis eos:
Benedictus dns quoniam exaudiuit uocem de
precationis meae
Dns adiutor meus et protector meus ...

c. Dominus defensor vite meę. R. Adorate do.

speravit cor meum & adiutus sum. OP

Et: refloruit caro mea & ex voluntate mea confi
tebor ei.

Dns fortitudo plebis suę & protector salvationum
xpi sui est.

Salvum fac populu tuum, dne & benedic hereditati
tuę & rege eos & extolle illos usq, in ęternum.

PSALMUS DAVID IN CONSUMMATIO
NE TABERNACULI. c.

AFFERTE DNO FILII DI:
afferte dno filios arietum.

Afferte dno gloriam & honore. afferte dno gloriam
nomini eius. adorate dnm in atrio sco eius:.

Vox dni sup aquas. ds maiestatis intonuit. dns
super aquas multas:

Vox dni in virtute. vox dni in magnificentia.

Vox dni confringentis cedros. & confringet dns
cedros libani. cedros libani

Et comminuet eas tanquam uitulus libani · et
dilectus quemadmodu͞ filius unicornium ·
Vox dn͞i intercidentis flammam ignis · uox dn͞i con
cutientis desertu͞ · et commouebit dn͞s desertu͞ cades ·
Vox dn͞i preparantis ceruos · et reuelabit condensa ·
et in templo eius omnis dicet gloriam ·
Dn͞s diluuium inhabitare facit · et sedebit dn͞s
rex in ęternum ·
Dn͞s uirtutem populo suo dabit · dn͞s benedicet
populo suo in pace ·

PSALMUS CANTICI DEDICATIONIS
DOMUS DAUID

EXALTABO TE DN͞E QUONIAM SUS
cepisti me · nec delectasti inimicos meos sup me ·
Dn͞e ds͞ meus clamaui ad te · et sanasti me ·
Dn͞e eduxisti ab inferno animam meam · saluasti
me a descendentibus in lacum ·
Psallite dn͞o sc͞i eius · et confitemini memorię s͞citatis eius ·

Quoniam ira in indignatione eius & uita in uo
luntate eius.

Ad uesperum demorabitur fletus & ad matutinum letitia.

Ego autem dixi in abundantia mea. non mouebor in eternum.

Domine in uoluntate tua. prestitisti decori meo uirtutem.

Auertisti faciem tuam a me & factus sum conturbatus.

Ad te domine clamabo. & ad deum meum deprecabor.

Quę utilitas in sanguine meo. dum descendo in
corruptionem.

Numquid confitebitur tibi puluis. aut adnuntiabit ue
ritatem tuam.

Audiuit dominus & misertus est mei. dominus factus est ad
iutor meus.

Conuertisti planctum meum in gaudium mihi.
conscidisti saccum meum & circumdedisti me letitia.

Vt cantet tibi gloria mea & non compungar. domine deus
meus in eternum confitebor tibi. D.

IN FINEM PSALMUS DAVID

S. Adorate dominum in aula sancta eius. V. In tua iusticia.

UOX XPI POSITI IN CRUCE

IN TE DNE SPERAUI NON CONFUN
dar in eternu. in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aure tua. accelera ut eruas me.

Esto mihi in dm protectorem. & in domum refugii.
ut saluum me facias.

Quo fortitudo mea & refugium meum es tu. & ppt
nomen tuu deduces me & enutries me.

Educes me de laqueo hoc que absconderunt mihi
quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendabo spm meum. redemi
sti me dne ds ueritatis.

Odisti obseruantes uanitates superuacue.

Ego autem in dno speraui. exultabo & letabor in
misericordia tua.

Quoniam respexisti humilitatem meam saluasti
de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici statuisti

in loco spacioso pedes meos.

Miserere mei domine: quoniam tribulor: contur
batus est in ira oculus meus. anima mea et uenter meus.

Quoniam defecit in dolore uita mea. et anni
mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate uirtus mea. et ossa
mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum obprobrium
uicinis meis ualde. et timor notis meis.

Qui uidebant me foras fugerunt a me. obliuioni
datus sum tanquam mortuus a corde.

Factus sum tanquam uas perditum. quoniam audiui
uituperationem multorum commorantium in circuitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me.
accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speraui domine: dixi: deus meus
es tu. in manibus tuis sortes meae.

Eripe me de manu inimicorum meorum. et aper

sequentibus me ·

Illustra faciem tuam sup̄ seruū tuum · saluum me
fac in misericordia tua · dn̄e ne confundar · quoniā
inuocaui te ·

Erubescant impii & deducantur in infernū ·
muta fiant labia dolosa ·

Quę locuntur aduersus iustum iniquitatem ·
in superbia & in abusione ·

Quam magna multitudo dulcedinis tuę dn̄e ·
quam abscondisti timentibus te ·

Perfecisti eis qui sperant in te · in conspectu
filiorum hominum ·

Abscondes eos in abscondito faciei tuę · a contur
batione hominum ·

Proteges eos in tabernaculo tuo · a contradictione
linguarum ·

Benedictus dn̄s quoniam mirificauit misericor
diam suam michi · in ciuitate munita ·

Ego autem dixi in excessu mentis meę; p̄iectus sū
a facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti uocem orationis meę dum clama
rem ad te.

Diligite dn̄m omnes sc̄i eius quoniam ueritа
tem requiret dn̄s et retribuet abundanter faci
entibus superbiam.

Viriliter agite et confortetur cor uestrum om̄s
qui speratis in dn̄o.

DAUID INTELLECTUS.

UOX PAENITENTIUM.

BEATI QUORUM REMISSAE
sunt iniquitates et quorum tecta
sunt peccata.

Beatus uir cui non imputabit dn̄s peccatum
nec est in sp̄u eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum
clamarem [illegible] tota die

Quoniam die ac nocte grauata est sup me manus
tua · conuersus sum in erumna * mea : · dum
configitur spina · OP

Delictum meum cognitum tibi feci · et iniustitiā
meam non abscondi ·

Dixi · confitebor aduersum me · iniustitiam
meam dn̄o · et tu remisisti impietatē peccati mei · OP

Pro hac orabit ad te omnis sc̄s · in tēpore oportuno ·

Uerumtamen in diluuio aquarum multarum ·
ad eum non approximabunt ·

Tu es refugium meum a tribulatione quę circum
dedit me · exultatio mea erue me a circūdantib; me · OP

Intellectum tibi dabo et instruam te · in uia hac
qua gradieris firmabo sup te oculos meos ·

Nolite fieri sicut equus et mulus · quibus non est
intellectus ·

In camo et freno maxillas eorum constringe · qui
non approximant ad te ·

·E· Iniquitas iusticia libera me domine· R· Rectos decet·

Multa flagella peccatoris· sperantem autem in dño misericordia circumdabit·

Laetamini in dño & exultate iusti· & gloriamini omnes recti corde·

PSALMUS DAVID· PROPHETA CU LAUDE DI PPLM ADHORTAT·

EXULTATE IUSTI IN DNO· rectos decet laudatio·

Confitemini dño in cythara· in psalterio decem chordarum psallite illi·

Cantate ei canticum nouum· bene psallite ei in uociferatione·

Quia rectum est uerbum dñi· & omnia opera eius in fide·

Diligit misericordiam & iudicium· misericordia dñi plena est terra·

Verbo dñi celi firmati sunt· & spiritu oris eius omnis uirtus eorum·

Congregans sicut in utrem aquas maris· ponens

in thesauris abyssos .

Timeat dominum omnis terra . ab eo autem commoue
antur omnes inhabitantes orbem .

Quoniam ipse dixit & facta sunt . ipse mandauit
& creata sunt .

Dominus dissipat consilia gentium . reprobat autem cogitatio
nes populorum . & reprobat consilia principum .

Consilium autem domini in aeternum manet . cogi
tationes cordis eius in generatione & generatione .

Beata gens cuius est dominus deus eius . populus quem elegit
in hereditatem sibi .

De caelo respexit dominus . uidit omnes filios hominum .

De praeparato habitaculo suo . respexit super omnes
qui habitant terram .

Qui finxit singillatim corda eorum . qui intellegit
omnia opera eorum .

Non saluatur rex per multam uirtutem & gigas non sal
uabitur in multitudine uirtutis suae .

Fallax equus ad salutem· in habundantia autem
uirtutis suę non saluabitur·
Ecce oculi dn̄i sup̄ metuentes eum· & in eis qui
sperant sup̄ misericordia eius·
Vt eruat a morte animas eorū· & alat eos in fame·
Anima nr̄a sustinet dn̄m· quō adiutor & ptector nr̄ ē·
Quia in eo lętabitur cor nostrum· & in nomine
sancto eius sperauimus·
Fiat misericordia tua dn̄e sup̄ nos· quemadmodū
sperauimus in te·

PSAL DD· CŪ MUTAUIT UULTŪ SUŪ CORĀ
ABIMELECH· ET DIMISIT EŪ ET ABIIT·

BENEDICAM DNŌ IN OMNI TEM
pore· semp̄ laus eius in ore meo·
In dn̄o laudabitur anima mea· audiant man
sueti & lętentur·
Magnificate dn̄m mecū· & exaltemus nomen
eius in idipsum

42

Exquisiui dn̄m & exaudiuit me · & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me ·

Accedite ad eū & illuminamini · & facies uestrae non confundentur·

Iste paup clamauit & dn̄s exaudiuit eum · & de omnib; tribulationib; eius saluabit eum ·

Inmittit angelus dn̄i incircuitu timentium eum & eripiet eos ·

Gustate & uidete quoniam suauis est dn̄s · beatus uir qui sperat in eo ·

Timete dn̄m omnes sc̄i eius · quoniam non ē inopia timentibus eum ·

Diuites eguerunt & esurierunt · inquirentes autē dn̄m non minuentur omni bono ·

Venite filii audite me · timorem dn̄i docebo uos · DP ·

Quis est homo qui uult uitam · diligit dies uidere bonos ·

Prohibe linguam tuam a malo · & labia tua ne lo

quantur dolum.

Deuerte a malo & fac bonum · inquire pacem & persequere eam.

Oculi dn̄i sup iustos · & aures eius in preces eorum.

Vultus autem dn̄i sup facientes mala · ut pdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iusti & dn̄s exaudiuit eos · & ex omnib: tribulationibus eorū liberauit eos.

Iuxta est dn̄s his qui tribulato sunt corde · & humiles spū saluabit.

Multe tribulationes iustorum · & de omnibus his liberabit eos dn̄s.

Custodit dn̄s omnia ossa eorum · unum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima · & qui oderunt iustum delinquent.

Redimet dn̄s animas seruorum suorum · & non delinquent omnes qui sperant in eo. · F ·

.F. Rectos decet collaudatio. A. Expugna ..

IPSI DAVID. XPC DE IUDAEIS ET DE PAS
SIONE SUA DICIT AD PATREM.

IUDICA DÑE NOCENTES ME. EX l. ley. euouae .VIII.
pugna inpugnantes me.

Apprehende arma & scutum. & exsurge in adiu
torium mihi.

Effunde frameam & conclude aduersus eos qui
persecuntur me. dic animę meę salus tua ego sũ.

Confundant & reuereant. quęrentes animã meam.

Auertantur retrorsum & confundantur. cogitan
tes michi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem uenti &
angelus dñi coartans eos.

Fiat uia illorum tenebrę & lubricum & angelus
dñi persequens eos.

Quo gratis absconderunt michi interitũ laquei
sui. sup uacue exprobrauerunt animã meam.

Veniat illi laqueus quem ignorat & captio quã

abscondit apprehendat eum · & in laqueum
cadat in ipso :·

A nima autem mea exultabit in dño · & delectabitur
sup salutari suo ·

O mnia ossa mea dicent · dñe quis similis tui ·

E ripiens inopem de manu fortiorū eius · egenum
& pauperē a diripientibus eum ·

S urgentes testes iniqui · quę ignorabam interro
gabant me ·

R etribuebant michi mala ꝓ bonis · sterilitatem
animę meę ·

E go autem cum mihi molesti essent · induebar cilicio ·

H umiliabam in ieiunio animam meam · & ora
tio mea in sinum meum conuertetur ·

Q uasi ꝓximū quasi fratrem nrm sic complacebā ·
quasi lugens & contristatus sic humiliabar

E t : aduersū me lętati sunt & conuenerunt · con
gregata sunt sup me flagella & ignoraui ·

Dissipati sunt nec cõpuncti· temptauerunt me·
subsannauerunt me subsannatione· frenduerũt
super me dentibus suis·
Dñe quando respicies· restitue animã meam a ma
lignitate eorum· a leonib; unicam meam·
Confitebor tibi in ecclesia magna· in populo
graui laudabo te·
Non sup gaudeant mihi qui aduersantur mihi
inique· qui oderunt me gratis & annuunt oculis·
Quoniam michi quidem pacifice loquebantur·
& in iracundia terrę: loquentes dolos cogi
tabant·
Et: dilatauerunt super me os suum· dixerunt
euge euge· uiderunt oculi nri·
Vidisti dñe ne sileas· dñe ne discedas a me·
Exsurge & intende iudicio meo· ds meus & dñs
meus in causam meam·
Iudica me secdm iustitiam meã dñe ds meus·
iustitiam tuam dne ds meus

& non sup gaudeant michi ·

N on dicant in cordibus suis euge euge animę nrę·
nec dicant deuorauimus eum ·

E rubescant & reuereantur simul · qui gratulan
tur malis meis ·

I nduantur confusione & reuerentia · qui mali
gna locuntur sup me ·

E xultent & lętentur qui uolunt iusticiā meā ·
& dicant semper magnificetur dns · qui uo
lunt pacem serui eius ·

E t lingua mea meditabitur iustitiam tuam · tota
die laudem tuam ·

IN FINEM SERUO DNI
PSALMUS DAUID ·

DIXIT INIUSTUS UT DELINQUAT
in semetipso · non est timor di ante oculos eius ·

Q uoniam dolose egit in conspectu eius · ut inueni
atur iniquitas eius ad odium ·

Verba oris eius iniquitas & dolus· noluit intellege re ut bene ageret·

Iniquitatē meditatus est in cubili suo· astitit om nię n̄ bonę malicia · autem : n̄ odiuit·

Dn̄e in cęlo misericordia tua & : ueritas tua usq. ad nubes·

Iustitia tua sic montes dī· iudicia tua abyssus multa.

hominés & iumenta saluabis dn̄e· quemadmodū multiplicasti misedīam tuam ds̄·

Filii autem hominū· in tegmine alarum tuarum sperabunt·

Inebriabuntur ab ubertate domus tuę· & torrente uoluptatis tuę potabis eos·

Quoniam apud te est fons uitę & : in lumine tuo uidebimus lumen·

Pretende misericordiam tuam scientibus te· & iu stitiam tuam his qui recto sunt corde·

Non ueniat mihi pes superbię & manus peccatoris

· G · Expugna inpugnantes me · R̄ · Reuela ·

non moueat me ·

I bi ceciderunt qui operantur iniquitatem · expulsi
sunt nec potuerunt stare · PSAL̄ DD̄ · HIC HORTAT̄
MOYSEN AD FIDE̅ · ET DEMONSTRANS SA
LUTE̅ AECCL̄AE · MONET CREDENTES ·

euouae

N OLI EMULARI IN MALIGNAN
tibus · neq; zelaueris facientes iniquitatem ·
Q uoniam tanquam fenum uelociter arescent · et que
admodum holera herbarum cito decident ·
S pera in dn̄o et fac bonitatem · et inhabita terra̅
et pasceris in diuitiis eius ·
D electare in dn̄o et dabit tibi petitiones cordis tui ·
R euela dn̄o uiam tuam · et spera in eo · et ipse faciet ·
E t educet quasi lumen iustitiam tuam · et iudicium
tuum tanquam meridiem · subditus esto dn̄o et
ora eum ·
N oli emulari in eo qui prosperatur in uia sua · in homi
ne faciente iniusticias

Desine ab ira & derelinque furorem · noli emulari ut maligneris ·

Quoniam qui malignantur exterminabuntur · susti nentes autē dnm ipsi hereditabunt terram ·

Et adhuc pusillum & non erit peccator · & queres locum eius & non inuenies ·

Mansueti autem hereditabunt terram · & delecta buntur in multitudine pacis ·

Obseruabit peccator iustum · & stridebit super eum dentibus suis ·

Dns autem irridebit eum · quoniam pspicit qđ ueniet dies eius ·

Gladiū euaginauerunt peccatores · intenderunt arcum suum

Ut decipiant pauperem & inopem · ut trucident rectos corde ·

Gladius eorum intret in corda ipsorum · & arcus eorum confringatur ·

Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur confirmat autem iustos dominus.

Nouit dominus dies inmaculatorum et hereditas eorum in aeternum erit.

Non confundentur in tempore malo et in diebus famis saturabuntur quia peccatores peribunt.

Inimici uero domini mox honorificati fuerint et exaltati deficientes quemadmodum fumus deficient.

Mutuabitur peccator et non soluet iustus autem miseretur et tribuet.

Quia benedicentes ei hereditabunt terram maledicentes autem ei disperibunt.

Apud dominum gressus hominis dirigentur et uiam eius uolet.

Cum ceciderit non collidetur quia dominus supponit manum suam.

Iunior fui & enim senui & non uidi iustum de
relictum nec semen eius querens panem.
Tota die miseretur & commodat & semen illius
in benedictione erit.
Declina a malo & fac bonum & inhabita in se
culum seculi.
Quia dn̄s amat iudicium & non derelinquet
sc̄os suos in eternum conseruabuntur.
Iniusti punientur & semen impiorū peribit.
Iusti autem hereditabunt terrā & inhabita
bunt in seculum seculi sup eam.
Os iusti meditabitur sapientiam & lingua
eius loquetur iudicium.
Lex dī eius in corde ipsius & non supplan
tabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustū & querit mortifi
care eum.
Dn̄s autem n̄ derelinquet eum in man[...]

nec dampnabit eũ cum iudicabitur illi.

Expecta dñm & custodi uiam eius & exaltabit
te ut hereditate capias terram cum perie
runt peccatores uidebis.

Vidi impiũ superexaltatũ & eleuatũ sic cedros libani.

Et transiui & ecce ñ erat quesiui eum & non
est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam & uide ęquitatem quo
sunt reliquię homini pacifico.

Iniusti autem disperibunt simul reliquię im
piorum interibunt.

Salus autem iustorum a dño & protector
eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos dns & liberabit eos & eruet
eos a peccatoribus & saluabit eos quia
sperauerunt in eo.

PSALMUS DAVID IN
COMMEMORATIONEM

DE SABBATO

DNE NE IN FURORE TUO AR
guas me · neq· in ira tua corripias me ·
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi ·
& confirmasti sup me manum tuam ·
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue · non est
pax ossibus meis a facie peccatorum meoru ·
Quoniam iniquitates mee supgresse sunt caput
meu · sicut onus graue grauate sunt sup me ·
Putruerunt & corrupte sunt cicatrices mee · a facie
insipientie mee ·
Miser factus sum & curuatus sum usq; in finem ·
tota die contristatus ingrediebar ·
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus ·
& non est sanitas in carne mea ·
Afflictus sum & humiliatus sum nimis · rugiebā
a gemitu cordis mei ·
Dne ante te omne desiderium meum · & gemitus

meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est dereliquit me uirtus mea. & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei. aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt. & uim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala michi locuti sunt uanitates. & dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam. & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens. & non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te domine speraui. tu exaudies domine deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei. & dum commouentur pedes mei. super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei uiuunt & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi. quoniam sequebar bonitatem.

Non derelinquas me domine deus meus ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum domine salutis meæ. — Benedicta domino vi am tuam. V. Domine in celo misericordia tua ... V. ut non delinquam.

INFINEM PRO IDITHUN CANTICUM DAVID

PROPH INCREPAT IUDEOS QUI DIVITIAS HABENT NESCIENTES CUI DIMITTI

f. iiii. euouae iiii.

DIXI CUSTODIAM UIAS meas ut non delinquam in lingua mea.

Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me.

Obmutui & humiliatus sum & silui a bonis · & dolor
meus renouatus est ·
Concaluit cor meum intra me & in meditatione mea exardescit ignis ·
Locutus sum in lingua mea · notum fac michi
dn̄e finem meum ·
Et numerum dierum meorum qui est · ut sciā
quid desit michi ·
Ecce mensurabiles posuisti dies meos · & substan
tia mea tanquam nichilum ante te ·
Veruntamen uniuersa uanitas · omīs homo uiuens · OP
Veruntamen in imagine ptransit homo · sed &
frustra conturbatur ·
Thesaurizat & ignorat cui congregabit ea · Et nunc
que est expectatio mea · nonne dn̄s & sub
stantia mea apud te est ·
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me · obprobriū
insipienti dedisti me ·

Obmutui ═ & : non aperui os meum quoniam
tu fecisti · amoue a me plagas tuas ·

A fortitudine manus tuę ego defeci · in increpatio
nibus · propter iniquitatem corripuisti hominem ·

Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius ·
uerumtamen uane ═ conturbatur : omnis homo · Dp ·

Exaudi orationem ═ meam : domine & deprecationem
meam · auribus percipe lacrimas meas ·

Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te · & pe
regrinus · sicut omnes patres mei ·

Remitte michi ut refrigerer : prius quam abeam ·
& ═ amplius : non ero ·

IN FINEM PSALMUS DAVID

EXPECTANS EXPECTAUI
dominum & intendit michi ·

Et exaudiuit preces meas · & eduxit me de lacu
miserię ═ & : de luto fecis ·

Et statuit supra petram pedes meos ═ & dire

xit gressus meos.

Et inmisit in os meũ canticum nouũ. carmen dõ nro.

Videbunt multi & timebunt. & sperabunt in dño.

Beatus uir: cuius est nomen dñi spes eius. & non
respexit in uanitates & insanias falsas.

Multa fecisti tu dñe ds̄ meus mirabilia tua. & co
gitationibus tuis ñ est quis similis sit tibi.

Adnuntiaui & locutus sum. multiplicati sunt
sup numerum.

Sacrificiũ & oblationem noluisti. aures autẽ:
perfecisti mihi.

Holocaustũ & p peccato non postulasti. tunc dixi.
ecce uenio.

In capite libri scriptum est de me. ut facerem uo
luntatẽ tuam. ds̄ meus uolui. & legem tuam
in medio cordis mei.

Adnuntiaui iusticiã tuam in ecclã magna. ecce
labia mea non phibebo. dñe tu scisti.

Iusticiam tuam non abscondi in corde meo· ueri
tatem tuam & salutare tuum dixi·

Non abscondi misericordiam tuam· & ueritatem
tuam a concilio multo·

Tu autem dñe ne longe facias miserationes
tuas a me· misedia tua & ueritas tua semper
susceperunt me·

Quoniam circumdederunt me mala quorum
non ē numerus· comphenderunt me iniquita
tes meę· & ñ potui ut uiderem·

Multiplicatę sunt sup capillos capitis mei·
& cor meum dereliquit me·

Complaceat tibi dñe ut eruas me· dñe ad adiu
uandum me respice·

Confundantur & reuereantur simul qui quęrunt
animam meam ut auferant eam·

Conuertantur retrorsum & reuereantur qui uo
lunt michi mala·

·℟· Ut nō delinquā in lingua mea. ℣. Ego dixi.

[R]erant confestim confusionē suam· qui dicunt mihi
euge euge·

[E]xultent & letentur super te omnes querentes te·
& dicant semp magnificetur dn̄s· qui diligunt
salutare tuum·

[E]go autem mendicus sum & pauper· dn̄s sollicitus
est mei·

[A]diutor meus & protector meus· tu es ds̄ meus ne
tardaveris ·℟·

IN FINEM PSALMUS DAVID·

BEATUS QUI INTELLEGIT
super egenum & pauperem· in die mala libe
rabit eum dn̄s.

[D]n̄s conservet eum & vivificet eum· & beatum fa
ciat eum in terra· & non tradat eum in animam
inimicorum eius·

[D]n̄s opem ferat illi sup lectū doloris eius· universū
stratū eius versasti in infirmitate eius·

Ego dixi dñe miserere mei · sana animam meam quia peccaui tibi ·

Inimici mei dixerunt mala michi · quando morietur & peribit nomen eius ·

Et si ingrediebatur ut uideret · uana loquebatur cor eius congregauit iniquitatẽ sibi

Egrediebatur foras · & loquebatur in idipsum ·

Aduersum me susurrabant omñs inimici mei · aduersum me cogitabant mala michi

Verbum iniquum constituerunt aduersũ me · nunquid qui dormit ñ adiciet ut resurgat ·

Etenim homo pacis meę in quo speraui · qui edebat panes meos magnificauit sup me supplantationẽ ·

Tu autem dñe miserere mei · & resuscita me & retribuam eis ·

In hoc cognoui quoniam uoluisti me · quoniam non gaudebit inimicus meus sup me ·

Me autem ppter innocentiam suscepisti · & confir

masti me inconspectu tuo inaeternum ·

B enedictus dns ds israhel a seculo & in seculum

fiat fiat · IN FIN INTELLECTUS FILIIS

CHORE · UOX PAENITENTIUM ET

DESIDERANTIUM AD FON

TEM LACRIMARUM ·

QUEM ADMODUM DESIDE

rat ceruus ad fontes aquarum ita de

siderat anima mea ad te ds ·

S itiuit anima mea ad dm fortem uiuum

quando ueniam & [ap]parebo ante faciem di ·

F uerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte

dum dicitur mihi cotidie ubi est ds tuus

H ec recordatus sum & effudi in me animam meam

quoniam transibo in locum tabernaculi admi

rabilis usque ad domum di ·

In uoce exultationis & confessionis sonus epulantis ·

Quare tristis es anima mea & quare conturbas me

S pera in dō quoniam adhuc confitebor illi.
salutare uultus mei ds meus.
A d me ipsum anima mea conturbata est ppt
rea memor ero tui de terra iordanis et hermo
nii m a monte modico.
A byssus abyssum inuocat in uoce cataractarum
tuarum.
O mnia excelsa tua et fluctus tui super me trans
ierunt.
I n die mandauit dns misericordiam suam et
nocte canticum eius.
A pud me oratio dō uite meę dicam dō susceptor
meus es.
Q uare oblitus es mei quare contristatus incedo
dum affligit me inimicus.
D um confringuntur ossa mea exprobrauerunt
michi qui tribulant me inimici mei.
D um dicunt michi per singulos dies ubi

R. Ego dixi domine miserere mei. V. Salutare

est ds tuus. quare tristis es anima mea. et quare conturbas me.

Spera in dō quoniam ✠ adhuc: confitebor illi.

salutare uultus mei ✠ et: ds meus R.

IN FIN. PS. DD. UOX AECCLAE ORANTIS

UT DIUIDATUR AB INFIDELIBUS.

IUDICA ME DS ET DISCERNE

causam meam de gente non scā. ab homine in

iquo et doloso erue me.

Quia tu es ds fortitudo mea. quare me reppulisti.

quare tristis incedō dū affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam et ueritatem tuam. ipsa me de

duxerunt et adduxerunt in montē scm tuum.

et in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dī. ad dm̄ qui laetificat iu

uentutem meam.

Confitebor tibi in cythara ds ds meus. quare tri

stis es anima mea. et quare conturbas me.

Spera in dō quoniam ✠ adhuc: confitebor illi

·R· Salutare vultus mei deus meus. R̄. Eructauit.

salutare uultus mei · & ds meus . ·R·

IN FINE FILIIS CHORE AD INTELLECTUM·

PROPHETA PAENITENTIA AGENS

PRO PPLO IUDAICO

DS AURIBUS NRIS AUDIUI
mus· patres nri adnuntiauerunt nobis·

Opus quod operatus es in diebus eorum· & in diebus
antiquis·

Manus tua gentes disperdidit & plantasti eos· affli
xisti populos & expulisti eos·

Nec enim in gladio suo possederunt terrā & brachi
um eorum non saluauit eos·

Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio
uultus tui· quoniam complacuisti in eis·

Tu es ipse rex meus & ds meus· qui mandas salutes
iacob·

In te inimicos nros uentilabimus cornu & :
in nomine tuo spernemus insurgentes nobis :

Non enim in arcu meo sperabo · & gladius meus non
saluabit me ·

Saluasti enim nos de affligentibus nos · & odientes
nos confudisti

In dō laudabimur tota die · & in nomine tuo con
fitebimur in sęculum · DP

Nunc autem reppulisti & confudisti nos · & non
egredieris ds in uirtutibus nrīs ·

Auertisti nos retrorsum post inimicos nrōs · & qui
oderunt nos diripiebant sibi ·

Dedisti nos tanquā oues ęscarum · & in gentibus
dispersisti nos ·

Uendidisti populum tuum sine precio · & n̄ fuit
multitudo in commutationibus eorum ·

Posuisti nos obprobrium uicinis nrīs · subsannatio
nem & derisum his qui sunt in circuitu nro ·

Posuisti nos in similitudinē gentibus · commotionē
capitis in populis

Totadie uerecundia mea contra me est. & con
fusio faciei meę cooperuit me.

A uoce exprobrantis & obloquentis. a facie inimici &
persequentis.

Hęc omnia uenerunt sup nos. nec obliti sumus te.
& inique n̄ egimus in testamento tuo.

Et non recessit retro cor nr̄m. & declinasti semitas
nostras a uia tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis. & co
operuit nos umbra mortis.

Si obliti sumus nomen dī nr̄i. & si expandimus
manus nr̄as ad dm̄ alienum.

Nonne ds̄ requiret ista. ipse enim nouit abscondi
ta cordis.

Quoniam ppter te mortificamur totadie. estima
ti sumus sicut oues occisionis.

Exsurge quare obdormis dn̄e. exsurge et ne repel
las in finem.

Quare faciem tuam auertis· obliuisceris inopię
nrę· & tribulationis nrę
Quoniam humiliata est in puluere anima nostra·
conglutinatus est in terra uenter nr·
Exsurge· adiuua nos· & redime nos propter no
men tuum·

IN FINE PRO HIS QUI COMMUTABUNT
FILIIS CHORE AD INTELLECTU·
CANTICUM PRO DILECTO·

ERUCTAUIT COR MEUM
uerbum bonum· dico ego opa mea regi·
Lingua mea calamus scribę· uelociter scribentis·
Speciosus forma prę filiis hominum· diffusa est
gratia in labiis tuis· ppterea benedixit te ds
in aeternum·
Accingere gladio tuo sup femur tuum· potentissime
Specie tua & pulchritudine tua· intende pspere
procede & regna·

P ropter ueritatem & mansuetudinē & iustitiam·
& deducet te mirabiliter dextera tua.
S agittę tuę acutę· populi sub te cadent in corde
inimicorum regis·
S edes tua ds̄ in sclm̄ sęculi· uirga directionis uir-
ga regni tui·
D ilexisti iustitiam & odisti iniquitatē· ppterea
unxit te ds̄ ds̄ tuus oleo lętitię p̄ consortib; tuis
M yrra & gutta & casia a uestimentis tuis· a domi
eburneis· ex quibus delectauerunt te filię regu
in honore tuo.
A sstitit regina a dextris tuis· in uestitu deaurato
circumdata uarietate.
A udi filia & uide & inclina aurem tuam & obli
uiscere p̄plm̄ tuū & domū patris tui·
E t concupiscet rex decorem tuum· quoniam ipse
est dn̄s ds̄ tuus & adorabunt eum
E t filię tyri in muneribus· uultum tuum depreca

bunttur diuites plebis.

Omnis gloria eius filię regis abintus · in fimbriis aureis circumamicta uarietatibus.

Adducentur regi uirgines post eam · proxime eius afferentur tibi.

Afferentur in letitia & exultatione · adducent in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii · constitues eos principes sup omnem terram. Me

mor ero nominis tui · in omni generatione & generatione.

Propterea populi confitebuntur tibi · in eternum & in seculum seculi. IN FIN FILIIS CHORE PRO ARCANIS PS · XPC ASCENDIT AD PATREM QUIA UOX APOSTOLORUM EST ·

DS NR REFUGIUM ET UIRTUS adiutor in tribulationibus que inue

· R̄. Eructauit cor meum verbū bonum · V̄. Adiutor

[in]uenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra.

& transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatę sunt aquę eorum conturbati

sunt montes in fortitudine eius. DP

Fluminis impetus lętificat ciuitatem dī scīficauit

tabernaculum suum altissimus

Dš in medio eius non commouebitur. adiuuabit eā

dš mane diluculo.

Conturbatę sunt gentes & inclinata sunt regna

dedit uocem suam mota est terra.

Dns uirtutum nobiscū. susceptor nr̄ ds iacob. DP

Venite & uidete opera dn̄i. quę posuit prodigia super

terram. auferens bella usq; ad finē terrę.

Arcum conteret & confringet arma & scuta com

buret igni.

Vacate & uidete quoniam ego sum ds exaltabor in

gentibus & exaltabor in terra.

Dns uirtutum nobiscu̅. susceptor nr̅ ds iacob. op̅:

INFINEM PRO FILIIS



CHORE PSALMUS.

OMNES GENTES PLAUDITE

manib; . iub; late dō in uoce exultationis.

Quoniam dns̅ excelsus terribilis. rex magnus super omnem terram.

Subiecit populos nobis. & gentes sub pedibus nr̅is.

Elegit nobis hereditate̅ suam. speciem iacob quam dilexit. op̅

Ascendit ds in iubilo, & dns̅ in uoce tubę.

Psallite dō nr̅o: psallite. psallite regi nr̅o psallite.

Quoniam rex omnis terrę ds̅. psallite sapienter.

Regnauit ds sup gentes. ds̅ sedet sup sede̅ sc̅am suam.

Principes populorum congregati sunt cum dō abraham. quoniam dii fortes terrę uehementer eleuati sunt.

PSALMUS CANTICI

Ā. Adiutor in tribulationibus. Auribus percipite. TROPUS ·II·

FILIIS CHORE SECUNDA SABBATI. Ā.

MAGNUS DNS ET LAUDABILIS
nimis in ciuitate di nri in monte sco eius.
Fundatur exultatione uniuersę terrę mons sion
latera aquilonis ciuitas regis magni.
Ds in domib; eius cognoscetur cum suscipiet eam.
Quo ecce reges congregati sunt conuenerunt in unum.
Ipsi uidentes sic admirati sunt conturbati sunt
commoti sunt tremor apprehendit eos.
Ibi dolores ut parturientis in spu uehementi conte-
res naues tharsis.
Sicut audiuimus sic uidimus in ciuitate dni uir-
tutū in ciuitate di nostri ds fundauit eā in aeternū. OR
Suscepimus ds misericordiam tuam in medio templi tui.
Secundum nomen tuū ds sic & laus tua in fines terrę
iustitia plena ē dextera tua.
Laetetur mons syon & exultent filię iudę propter

iudicia tua dne.

Circumdate sion & complectimini eam. narrate in turribus eius.

Ponite corda ura in uirtute eius. & distribuite domus eius. ut enarretis in pgenie altera.

Quoniam hic est ds ds noster. in eternum & in seculum seculi. ipse reget nos in secla.

IN FIN FILIIS CHORE PSALMUS. DIUITES INCREPAT. QUI MORTUI AD INFERNA DESCENDUNT.

AUDITE HAEC OMS GENTES. auribus pcipite oms qui habitatis orbem.

Quiq; terrigene & filii hominum. in unum diues & pauper.

Os meum loquetur sapientiam. & meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meã. aperiam in psalterio ppositionem meam.

Cur timebo in die mala. iniquitas calcanei mei

circumdabit me.

Qui confidunt in uirtute sua. & in multitudine
diuitiarum suarum gloriantur.

Frater non redemit redimet homo. non dabit
dō placationem suam.

Et precium redemptionis animę suę. & labora
bit in ęternū. & uiuet adhuc: in finem.

Non uidebit interitū. cum uiderit sapientes mo
rientes.

Simul insipiens & stultus peribunt. & relinquent
alienis diuitias suas.

Et sepulchra eorū domus illorū in ęternum.
tabernacula eorum in pgenie & pgenie. uoca
uerunt nomina sua in terris suis.

Et homo cum in honore esset non intellexit. com
paratus ē iumentis insipientibus. & simi
lis factus est illis.

Hęc uia illorū scandalum ipsis. & postea in ore

suo complacebunt. op.

Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino: & au
xilium eorum ueterescet in inferno a gloria eorum. op

Veruntamen deus redimet animam meam de ma
nu inferi cum acceperit me.

Ne timueris cum diues factus fuerit homo & :
cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quoniam cum interierit non sumet omnia. neque
descendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in uita ipsius benedicetur: confi
tebitur tibi cum benefeceris ei.

Introibit usque in progenies patrum suorum: usque in
aeternum non uidebit lumen.

Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus
est iumentis insipientibus: & similis factus est illis.

xl.ix. / ... / .viii. PSALMUS ASAPH. Ant.

DEUS DEORUM DOMINUS LOCUTUS EST

Ant. Auribus percipite qui habitatis orbem. Ps. Deus deorum.

& uocauit terram ·

Asolis ortu usq; ad occasu͞ · ex sion species decoris eius ·

Ds̄ manifeste ueniet · ds̄ noster · & n͞ silebit ·

Ignis in conspectu eius exardescet · & in circuitu
eius tempestas ualida ·

Aduocauit cęlum desursu͞ · & terram discernere
populum suum ·

Congregate illi sc̄os eius · qui ordinant testamen
tum eius super sacrificia

Et adnuntiabunt cęli iustitiam eius · quoniam
ds̄ iudex est · DP̄

Audi populus meus & loquar · israhel · & testifica
bor tibi · ds̄ ds̄ tuus ego sum ·

Non in sacrificiis tuis arguam te · holocausta au͞
tua in conspectu meo sunt semp̄ ·

Non accipiam de domo tua uitulos · neq; de gregi
bus tuis hyrcos ·

Quoniam meę sunt om̄s ferę siluarum · iumenta

in montibus & boues.

Cognoui omnia uolatilia celi & pulchritudo agri
mecum est.

Si esuriero non dicā tibi meus est enim orbis terrę.
& plenitudo eius.

Numquid manducabo carnes taurorū aut sangui
nem hircorum potabo.

ẏ· immola dō sacrificium laudis & redde altissimo
uota tua.

Et inuoca me in die tribulationis & eruam te.
& honorificabis me. OP

Peccatori autē dixit dš quare tu enarras iustitias
meas & assumis testamentum meū per os tuum.

Tu uero odisti disciplinam & proiecisti sermones
meos retrorsum.

Si uidebas furem currebas cum eo & cū adulteris
portionem tuam ponebas.

Os tuum abundauit malitia & lingua tua concin

nabat dolos.
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris et ad
uersus filium matris tuę ponebas scandalum, hęc
fecisti et tacui.
Existimasti inique quod ero tui similis, arguam te
et statuam contra faciem tuam.
Intellegite hęc qui obliuiscimini dm̄, ne quando
rapiat et non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me, et illic iter
quod ostendam illi salutare di.
IN FINEM PSALMUS DAVID CUM VENIT
AD EUM NATHAN PROPHETA CUM
INTRAUIT AD BERSABEE.
MISERERE MEI DS SECUNDU
magnā misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationū tuarū
dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitatē mea et a peccato

fR iiii. viii. Tibi soli peccaui domine miserere mei.
fR v. viii. Auerte faciem tuam a peccatis meis dñe.

meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco & pecca
tum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui & malum coram te feci. ut iustifice
ris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. &
in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexisti. incerta & occulta
sapientię tuę manifestasti michi.

Asperges me hysopo & mundabor. lauabis me
& super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lętitiam. & exul
tabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis. & omnes in
iquitates meas dele.

Cor mundum crea in me ds. & spiritum rectum
innoua in uisceribus meis.

Ne proicias me a facie tua. & spiritum scm tuum

fR. vi. r. Spiritu principali confirma cor meum deus.
Sabbo. iiii. Benigne fac in bona uoluntate tua domine.

ne auferas a me.

Redde michi letitiam salutaris tui & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos uias tuas & impii ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus ds ds salutis meę & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Dne labia mea aperies & os meum adnuntiabit laudem tuam.

Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utiq; holocaustis non delectaberis.

Sacrificium do spiritus contribulatus cor contritum & humiliatum ds non despicies.

Benigne fac dne in bona uoluntate tua sion ut ędificentur muri hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitię oblationes & holocausta tunc inponent super altare tuum uitulos.

IN FIN̄ INTELLECTUS DAVID
CU̅ VENIT DOEHC IDUMEUS
ET NUNTIAVIT SAULI ET DIXIT
ILLI ECCE VENIT DAVID IN DO
MUM ABIMELECH.



UID
GLO

RIARIS IN MALITIA.
qui potens es in iniquitate.
tota die iniustitiam cogitavit lingua tua.
sicut novacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam sup benignitatē · iniquitatem magis quam loqui equitatem ·

Dilexisti omnia uerba precipitationis · lingua dolosa ·

Propterea ds̄ destruet te infinē · euellet te & emigrabit te de tabernaculo · & radicem tuam de terra uiuentium ·

Videbunt iusti & timebunt & sup eū ridebunt & dicent · ecce homo qui non posuit dm̄ adiutorem suum ·

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarū & p̄ualuit in uanitate sua ·

Ego autem : sicut oliua fructifera in domo dī sperauī in misericordia dī in aeternū & in sclm̄ scli ·

Confitebor tibi in saeculū quia fecisti & expectabo nomen tuum · quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum ·

Deus deorum dominus locutus est · Dem laudes ·



LECTUS DAUID

DIXIT INSIPIENS INCORDE
suo non est ds·
Corrupti sunt & abominabiles facti
sunt in iniquitatibus non est qui faciat bonum·
Ds de caelo pspexit sup filios hominum ut uideat
si est intellegens aut requirens dm·
Omns declinauerunt simul inutiles facti sunt
non ē qui faciat bonum· non ē usq; ad unum:
Nonne scient omns qui operantur iniquitatem
qui deuorant plebem meam ut cibū panis·
Dm non inuocauerunt· illic trepidauerunt timore·
ubi non fuit timor·
Quoniam ds dissipauit ossa eorum qui hominib;
placent confusi sunt quo ds spreuit eos·
Quis dabit ex syon salutare israhel cum conuerte
rit dns captiuitatē plebis suę exultabit iacob & lę
tabit israhel· IN FIN IN CARMINIB INT

ELECTUS DD̄ CŪ UENERUNT ZYPHEI ET DIXE
RUNT AD SAUL NONNE ECCE DAUID AB
SCONDITUS EST APUD NOS.

DS IN NOMINE TUO SALUUM
me fac et in uirtute tua libera me.

Ds exaudi orationem meã auribus percipe uerba
oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me et for
tes quesierunt animam meam non proposuerunt
dm ante conspectum suum.

Ecce enim ds adiuuat me et dns susceptor est
animę meę

Auerte mala inimicis meis in ueritate tua disperde illos.

Uoluntarie sacrificabo tibi et confitebor nomini tuo
dne quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me et
super inimicos meos despexit oculus meus.

IN FINEM IN CARMINIBUS [illegible]

tus dauid.

EXAUDI DS ORATIONEM MEAM

& ne despexeris deprecationem meam. in
tende michi & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea. & conturba
tus sum a uoce inimici & a tribulatione
peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates. & in
ira molesti erant michi.

Cor meum conturbatum est in me. & formido
mortis cecidit sup me.

Timor & tremor uenerunt super me. & contexerunt me
tenebre.

Et dixi quis dabit michi pennas sicut columbę.
& uolabo et requiescam.

Ecce elongaui fugiens. & mansi in solitudine.

Expectabam eum qui saluum me fecit a pusilla
nimitate spiritus & tempestate.

P recipita dnē diuide linguas eorum / quoniam
uidi iniquitatē & contradictionē in ciuitate.
D ie ac nocte circundabit eam sup muros eius. :
iniquitas & labor in medio eius & iniustitia.
E t n̄ defecit de plateis eius / usura & dolus.
Q uo si inimicus maledixisset mihi / sustinuissē utiq.
E t si is qui oderat me sup me magna locutus fuisset /
absconditissem me forsitan ab eo.
T u uero homo unanimis / dux meus & notus meus.
Q ui simul mecū dulces capiebas cibos / in domo dī
ambulauimus cum consensu.
V eniat mors sup illos / & descendant in infernū uiuentes.
Q uo nequitię in habitaculis eorū / in medio eorum.
E go autē ad dn̄m clamaui / & dn̄s saluabit me.
V espere & mane & meridie. narrabo & adnuntiabo /
& exaudiet uocem meam.
R edimet in pace animam meā ab his qui appropin
quant michi / quoniā inter multos erat mecum.

E xaudiet ds & humiliabit illos qui est ante secla. DP

N on enim est illis commutatio & non timuerunt

dm extendit manu suam in retribuendo.

C ontaminauerunt testamentu eius diuisi sunt

ab ira uultus eius & adppropinquauit cor illius.

M olliti sunt sermones eius super oleum & ipsi

sunt iacula.

I acta sup dnm curam tuam & ipse te enutriet

non dabit in aeternu fluctuationem iusto.

T u uero ds deduces eos in puteum interitus. (dominus)

V iri sanguinu & dolosi non dimidiabunt dies

suos ego autē sperabo in te dne. IN FINEM PRO

PPLO QUI A SCIS LONGE FACTUS EST DD IN

TITULI INSCRIPTIONE CUM TENUE

RUNT EUM ALLOPHILI IN GETH.

MISERERE MEI DS QUONIĀ

conculcauit me homo tota die in

pugnans tribulauit me.

A uertit dominus captiuitatem plebis suae.

Quoniam.

Conculcauerunt me inimici mei tota die quo
multi bellantes aduersum me.
Ab altitudine diei timebo ego uero in te sperabo.
In dō laudabo sermones meos in dō speraui
ñ timebo quid faciat mihi caro.
Tota die uerba mea execrabantur aduersū me
omīs cogitationes eorum in malum.
Inhabitabunt & abscondent ipsi calcaneum
meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meā pro nichilo sal
uos facies illos in ira populos confringes.
Dš uitam meam annuntiaui tibi posuisti lacri
mas meas in conspectu tuo.
Sicut & in promissione tua tunc conuertentur in
imici mei retrorsum.
In quacumq; die inuocauero te ecce cognoui
quoniam dš meus es
In dō laudabo uerbum in dño laudabo sermo

nem in dō speraui non timebo quid faciat
michi homo.
In me sunt dš uota tua quę reddā
laudationes tibi.
Quoniam eripuisti animā meam de morte.
& pedes meos de lapsu ut placeam coram
dō in lumine uiuentium.
IN F. NE DISPERDAS D̄D̄ IN TITULI INSCRIP
TIONE CUM FUGERET A FACIE SAUL
IN SPELUNCA.



MISERERE MEI DS MISE
rere mei quoniam inte confidit ani
ma mea.
Et in umbra alarum tuarum sperabo do
nec transeat iniquitas
Clamabo ad dm̄ altissimū dm̄ qui bene
fecit michi
Misit de celo & liberauit me dedit in obprobriū

conculcantes me ·

Misit ds misedia suam & ueritatem sua.
& eripuit animā meam de medio catulo
rum leonum· dormiui conturbatus·
Filii hominum· dentes eorum arma & sagittę·
& lingua eorum gladius acutus· ·
Exaltare super cęlos ds· & in omnem terrā
gloria tua ·
Laqueum parauerunt pedibus meis· & :
incuruauerunt animam meam·
Foderunt ante faciem meam foueam· & inci
derunt in eam ·
Paratum cor meum ds· paratum cor meum·
cantabo & psalmum dicam·
Exsurge gloria mea· exsurge psalterium & ci
thara· exsurgam diluculo·
Confitebor tibi in populis dne· & psalmū dicā
tibi in gentibus·

·q· Quoniã ĩ te cõfidit aĩa mea. ℣. Iuste iudicate.

Quoniam magnificata est usq. ad celos mise
ricordia tua & usq. ad nubes ueritas tua.
Exaltare super celos ds & super omnem terrã
gloria tua. ·q·

IN FIN NE DISPERDAS DD IN TITULI
INSCRIPTIONE.

SI UERE UTIQUE IUSTICIAM
loquimini recta iudicate filii hominũ.
Etenim in corde iniquitates operamini in ter
ra iniusticias manus urẽ concinnant.
Alienati sunt peccatores a uulua erraverunt
ab utero locuti sunt falsa.
Furor illis secundũ similitudinem serpentis
sicut aspidis surdę & obturantis au
res suas
Que non exaudiet uocem incantantium &
uenefici incantantis sapienter.
Ds conteret dentes eorum in ore ipsorum molas

leonum confringet dn̄s.

Ad nihilum deuenient tanquam aqua de
currens · intendit arcū suū donec infirmentur ·
Sicut cera quae fluit auferentur — super :
cecidit ignis & non uiderunt solem.
Priusquā intellegerent spinae uiae ramnum ·
sicut uiuentes sicut in ira absorbet eos.
Laetabitur iustus cum uiderit uindictā · ma
nus suas lauabit in sanguine peccatoris ·
Et dicet homo · si utiq. est fructus iusto · utiq.
est ds̄ iudicans — eos : in terra.

IN FIN̄ NE DISPERDAS DD̄ IN TITULI INSCRIPT̄
QUANDO MISIT SAUL ET CUSTODIUIT
DOMŪ EIUS UT EUM INTERFICERET.

ERIPE ME DE INIMICIS MEIS
ds̄ meus · & ab insurgentibus in me
libera me.
Eripe me de operantibus iniquitate · & de uiris

sanguinu(m) salua me.
Quia ecce ceperunt animam meam, irruerunt
in me fortes.
Neq(ue) iniquitas mea neq(ue) peccatum meum.
d(omi)ne, sine iniquitate cucurri & direxi.
Exsurge in occursum meum & uide, & tu d(omi)ne
d(eu)s uirtutum d(eu)s israhel.
Intende ad uisitandas om(ne)s gentes, non mise
rearis omnibus qui operantur iniquitatem. ᴰp.
Conuertentur ad uesperam & famem patientur
ut canes, & circuibunt ciuitatem.
Ecce loquentur in ore suo. & gladius in labiis
eorum, quoniam quis audiuit.
Et tu d(omi)ne deridebis eos, ad nichilum dedu
ces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te custodiam, quia d(eu)s
susceptor meus. d(eu)s meus, misericordia eius
preueniet me.

D s ostendit mihi sup inimicos meos· ne occidas
eos ne quando obliuiscantur ppli mei
D isperge illos in uirtute tua · & depone eos· p
tector meus dne ·
D elictum oris eorum· sermonē labiorū ipsorū·
& com prehendantur in supbia sua ·
E t de execratione & mendatio · adnuntiabunt
in consummatione · in ira consummationis·
& non erunt ·
E t scient quia ds̄ dominabitur iacob · & :
finium terre · DP
C onuertentur ad uesperam & famem patient
ut canes· & circuibunt ciuitatem ·
I psi dispgentur ad manducandū · si uero non
fuerint saturati & : murmurabunt ·
E go autem cantabo fortitudinē tuam · & exalta
bo mane misericordiam tuam ·
Q uia factus es susceptor meus · & refugium meū

• R̄ • Iuste iudicare filii hominum • V̄ • Da nobis domine.

in die tribulationis meę

Adiutor meus tibi psallam · quia ds̄ susceptor meus es · ds̄ meus misericordia mea. • R̄.

dicare filii homi

b domine.

IN F̄ HIS QUI IMMUTABUNT · IN TITULI INSCRIPT

D̄D̄ IN DOCTRINĀ CŪ SUCCENDIT MESOPOTAMIĀ SYRIĘ ET SYRIĀ SOBAL · & C̄UERTIT

IOAB ET P̄CUSSIT EDŌ · IN UALLE SALINARŪ · XII · MIL̄.

DS̄ REPPULISTI NOS ET DISTRUXISTI NOS · IRATUS ES & MISERTUS ES NOBIS ·

Commouisti terrā & conturbasti eā · sana contritiones eius quia commota est ·

Ostendisti populo tuo dura · potasti nos uino compunctionis ·

Dedisti metuentibus te significationem · ut fugiant a facie arcus · D̄P.

Ut liberentur dilecti tui · saluum fac dextera tua & exaudi me ·

Ds̄ locutus est in sc̄o suo · laetabor & partibor :

sicimam · & conuallem tabernaculorum metibor ·

Meus est galaad & meus est manasses · & effraim fortitudo capitis mei ·

Iuda rex meus · moab olla spei meae ·

In idumeam extendam calciamentum meum · michi alienigenę subditi sunt ·

Quis deducet me in ciuitatem munitam · quis deducet me usque in idumeam ·

Nonne tu ds qui reppulisti nos · & non egredieris ds in uirtutibus nostris ·

Da nobis auxilium de tribulatione · quia uana salus hominis ·

In dō faciemus uirtutem · & ipse ad nichilum deducet tribulantes nos ·

INFINE IN YMNIS DAUID

EXAUDI DS DEPRECATIONEM meam · intende orationi meae ·

A finibus terrę ad te clamaui · dum anxiaretur

cor meum in petra exaltasti me.

Deduxisti me quia factus es spes mea. turris fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secla protegar in uelamento alarum tuarum.

Quoniam tu ds meus exaudisti orationē meam dedisti hereditatē timentib; nomen tuum.

Dies sup dies regis adicies. annos eius usq; in diē generationis & generationis.

Permanet in aeternum in conspectu di. misericordiā & ueritatem eius quis requiret.

Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi. ut reddam uota mea de die in diem.

IN FINEM PRO IDITHUN PSALMUS DAVID

NONNE DO SUBIECTA ERIT ANIma mea. ab ipso eni salutare meum.

nam & ipse ds meus & salutaris meus susceptor

meus non mouebor amplius.

Quousque irruitis in hominem · interficitis uniuersi
uos · tanquam parieti inclinato · et maceriae depulsae ·

Verumtamen precium meum cogitauerunt re-
pellere · cucurri in siti · ore suo benedicebant ·
et corde suo maledicebant ·

Uerumtamen deo subiecta esto anima mea ·
quoniam ab ipso patientia mea ·

Quia ipse deus meus · et salutator meus · adiutor
meus non emigrabo ·

In deo salutare meum et gloria mea · deus auxilii
mei et spes mea in deo est ·

Sperate in eo omnis congregatio populi · effun
dite coram illo corda uestra · deus adiutor nos
ter in aeternum ·

Verumtamen uani filii hominum · mendaces
filii hominum in stateris · ut decipiant ipsi
de uanitate in idipsum.

fer. iii. ā. Ad te de luce uigilo deus.

fer. v. an. In matutinis domine meditabor in te

fer. vi. an. Illumina domine uultum tuum sup

Nolite sperare in iniquitate· & rapinas nolite con
cupiscere· diuitiae si affluant· nolite cor
apponere·

Semel locutus ē ds̄· duo hęc audiui· quia po
testas dī est· & tibi dn̄e misedia· quia tu red
des unicuiq; iuxta opera sua·

P̄S D̄D̄ C̄U ESSET IN DESERTO IDUMEĘ

DS DS MEUS· AD TE DE LUCE
uigilo·

Sitiuit inte anima mea· quam multipliciter
tibi caro mea·

E t reddet illis iniquitatem ipsorū; & in malitia eorum ※ disperdet eos; disperdet illos dn̄s ds̄ noster. ·F·

LAUS CANTICI DAUID

VENITE EXULTEMUS dn̄o; iubilemus dō salutari nostro.

Preoccupemus faciem eius in confessione et
in psalmis iubilemus ei.
Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super
omnes deos.
Quia in manu eius [sunt omnes] fines terrae et altitudines
montium ipsius sunt.
Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et sic
ca manus eius formaverunt.
Venite adoremus et procidamus et ploremus
ante dominum qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster.
Et nos populus pascuae eius et oves manus
eius. hodie si vocem eius audieritis nolite
obdurare corda vestra.
Sicut in irritatione secundum diem temp
tationis in deserto.
Ubi temptaverunt me patres vestri probave
runt [illegible] et viderunt opera mea.
Quadraginta annis offensus fui generationi

illi · & dixi · semper errant corde ·
Et isti non cognouerunt uias meas · ut iuraui in ira mea · si intrabunt in requiē meam ·

QUANDO DOMUS AEDIFICABATUR POST CAPTIUITATEM · CANTICUM HUIC DAUID ·

CANTATE DÑO CANTICŪ nouū · cantate dño omnis terra ·
Cantate dño benedicite nomini eius · adnuntiate de die in diem salutare eius ·
Adnuntiate inter gentes glām eius · in omnib; populis mirabilia eius ·
Quoniam magnus dñs & laudabilis nimis · terribilis est super omnes deos ·
Quoniam omnes dii gentium daemonia · dñs autem caelos fecit ·
Confessio & pulchritudo in conspectu eius · scīmonia & magnificentia in scīficatione eius ·

A fferte dno patriae gentium· afferte dno glo
riam & honorē· afferte dno gloriam nomi
ni eius·

T ollite hostias & introite in atria eius· ado
rate dnm in atrio sco eius·

C ommoueatur a facie eius uniuersa terra·
dicite in gentibus· quia dns regnauit·

E tenim correxit orbem qui non commoue
bitur· iudicabit pplos in aequitate·

L aetentur caeli & exultet terra· commoueat
mare & plenitudo eius· gaudebunt campi
& omnia quae in eis sunt·

T unc exultabunt omnia ligna siluarum
a facie dni quia uenit· quoniam uenit iu
dicare terram·

I udicabit orbem terrae in aequitate· & po
pulos in ueritate sua.

PSALMUS · IPSI DĀD · QÑ TERRA EIUS

RESTITUTA EST.

DN̄S REGNAUIT EXULTET TERRA LAETENTUR INSULAE MULTAE.

tet terra laetentur insulę multę.

Nubes et caligo incircuitu eius· iusti

tia et iudicium correctio sedis eius·

Ignis ante ipsum praecedet· et inflamma

bit incircuitu inimicos eius·

Adluxerunt fulgura eius orbi terrę· uidit

dit & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie dn̄i·

a facie dn̄i omnis terra.

Adnuntiauerunt caeli iustitiam eius· & ui

derunt om̄s populi gloriam eius·

Confundantur om̄s qui adorant sculpti

lia· qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes angeli eius· audi

uit & laetata est sion·

Et exultauerunt filiae iudae· propter iudi

Cantate domino canticu novum. V. Beatus ho. Dem laud.

cia tua dne.

Quoniam tu dns altissimus super omnem terram nimis exaltatus es sup oms deos.

Qui diligitis dnm odite malum custodit dns animas scorum suorum de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta est iusto & rectis corde laeticia.

Laetamini iusti in dno & confitemini memoriae scificationis eius. G.

PSAL IPSI DD SERMONES QUOS LOCUTUS EST QUANDO DOMUS AEDIFICABAT POST CAPTIUITATE.

CANTATE DNO CANticum nouum quia mirabilia fecit

Saluabit sibi dextera eius & brachium scm eius.

Notum fecit dns salutare suum in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordiae suae · et uerita
tis suae domui israhel ·
Viderunt omnes termini terrae salutare
dei nostri ·
Iubilate dn̄o omnis terra · cantate et exul
tate et psallite ·
Psallite dn̄o in cythara · in cythara : · et
uoce psalmi · in tubis ductilibus : et
uoce tubae corneae ·
Iubilate in conspectu regis dn̄i · moueatur
mare et plenitudo eius · orbis terrarū : ·
et qui habitant in eo ·
Flumina plaudent manu simul · montes ex
ultabunt a conspectu dn̄i · quoniam uenit
iudicare terram ·
Iudicabit orbem terrarum : in iustitia ·
et populos in aequitate ·



PSALMUS DAUID.

NS REGNAUIT IRASCAN
tur populi· qui sedet super che
rubim· moueatur terra.

Dn̄s in sion magnus & excelsus sup omn̄s ppl̄os.
Confiteantur nomini tuo magno· quoniam
terribile & scm̄ est & honor regis iudiciū
diligit.
Tu parasti directiones· iudicium & iustitiā
in iacob tu fecisti.
Exaltate dn̄m dm̄ nr̄m & adorate scabellū
pedum eius quoniam scm̄ est.
Moyses & aaron in sacerdotibus eius & samu
hel inter eos qui inuocant nomen eius.
Inuocabant dn̄m & ipse exaudiebat eos in
columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius & preceptū
quod dedit illis. ·h·

Quia mirabilia fecit dominus.

.R. iiij. R̄ Iubilate deo.

Dn̄e ds̄ noster tu exaudiebas eos. ds̄ tu ppitius fuisti eis. et ulciscens in omnes adinuentiones eorum.

Exaltate dn̄m dm̄ nostrum. et adorate in monte sc̄o eius. quoniam sc̄s dn̄s ds̄ nr̄.

PSALMUS IN CONFESSIONE. .R.

IUBILATE DN̄O OM̄IS TERRA. seruite dn̄o in laetitia.

Introite in conspectu ei. in exultatione.

Scitote quoniam dn̄s ipse est ds̄. ipse fecit nos et non ipsi nos.

Populus eius et oues pascuae eius. introite portas eius in confessione. atria eius in ymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius quoniam suauis dn̄s. in aeternum misericordia eius. et usq. in generatione et generationem ueritas eius.

PSALMUS IPSI DAVID.

MISERICORDIAM ET IUdicium cantabo tibi dne.

Psallam et intellegam in uia inmaculata; quando uenies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei. in medio domus meae.

Non proponebam ante oculos meos rem iniusta; facientes praeuaricationes odiui.

Non adhesit mihi cor prauum; declinante a me malignum non cognoscebam.

Detrahentem secreto proximo suo; hunc persequebar.

Superbo oculo et insaciabili corde; cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terrae ut sedeant mecu; ambulans in uia inmaculata. hic michi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meae qui fa
cit superbiam · qui loquitur iniqua · non
direxit in conspectu oculorum meorum ·
In matutino interficiebam omnes peccatores
terrae · ut disperderem de ciuitate dñi
omnes operantes iniquitatem ·

p · ii · iii · R · Iubilate deo omnis terra · R · Clamor meus ·

ORATIO PAUPERIS

CUM ANXIATUS FUE

RIT ET CORAM DÑO

EFFUDERIT PRECEM

SUAM

Clamor meus ad te ueniat deus.



DOMINE EXAUDI ORATIONEM

MEAM ET CLAMOR ME

US AD TE UENIAT

Non auertas faciem tuam a me in quacumque
die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacumque die inuocauero te uelociter
exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei et
ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fenum & aruit cor meum
quia oblitus sum comedere panem meum .
Auoce gemitus mei adhesit os meũ carni meae .
Similis factus sum pellicano solitudinis factus
sum sicut nicticorax in domicilio .
Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius
in tecto .
Tota die exprobrabant mihi inimici mei & qui
laudabant me aduersũ me iurabant .
Quia cinerem tanquam panem manducabã
& poculum meum cum fletu miscebam .
A facie irae & indignationis tuae quia eleuans
allisisti me .
Dies mei sicut umbra declinauerunt & ego
sicut foenum arui .
Tu autem dñe in aeternum p̄manes &
memoriale tuũ in generationem & genera
tionem .

T u exsurgens misereberis sion. quia tempus
miserendi eius. X quia uenit tempus:.
Q uoniam placuerunt seruis tuis lapides eius.
& terrae eius miserebuntur.
E t timebunt gentes nomen tuum dñe. & om
nes reges terrae gloriam tuam
Q uia aedificauit dñs sion — & uidebitur
in gloria sua.
R espexit in orationem humilium & non
spreuit precem eorum
S cribantur haec in generatione altera
& ppls qui creabitur laudabit dñm.
Q uia prospexit de excelso scõ suo. dñs de caelo
in terram aspexit.
U t audiret gemitus compeditorum. ut sol
ueret filios interemptorum.
U t annuntient in sion nomen dñi. & laude
eius in hierusalem.

In conueniendo populos in unum · et reges ut
seruiant dño ·

Respondit ei in uia uirtutis suae · paucitatē
dierum meorum nuntia mihi ·

Ne reuoces me in dimidio dierum meorū · in
generationē et generationem anni tui

Initio — tu dñe · terram fundasti · et opera
manuum tuarum — sunt caeli ·

Ipsi peribunt · tu autem permanes · et omnes
sicut uestimentum ueterescent ·

Et sicut opertorium mutabis eos et muta
buntur · tu autem idem ipse es · et anni tui
non deficient ·

Filii seruorum tuorum habitabunt · et sem
eorum in saeculum dirigetur ·

PSL DAVID

BENEDIC ANIMA MEA
dño · et omnia quae intra me sunt nomi

ni sancto eius.

B enedic anima mea dn̄o & noli obliuisci
omnes retributiones eius.

Q ui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis
qui sanat omnes infirmitates tuas.

Q ui redimet de interitu uitam tuam qui co
ronat te in misedia & miserationibus.

Q ui replet in bonis desiderium tuum renoua
bitur ut aquilae iuuentus tua.

F aciens misericordias dn̄s & iudicium omibus
iniuriam pacientibus.

N otas fecit uias suas moysi filiis israhel uolun
tates suas.

M iserator & misericors dn̄s longanimis & mul
tum misericors.

N on in perpetuum irascetur neque in aeternū
comminabitur.

N on sedm̄ peccata nr̄a fecit nobis neq; sedm̄ in

iquitates nr̄as retribuit nobis.
Q uoniam sc̄dm altitudinē c[a]eli a terra / corro
borauit misc̄diam suam sup timentes se.
Q uantum distat ortus ab occidente / longe fe
cit a nobis iniquitates nostras.
Q uomodo miseretur pater filiorū misertus ē
dn̄s timentibus se / quoniam ipse cognouit
figmentum nostrum.
R ecordatus ē quō puluis sumus / homo sicut
fenū dies eius / tanquā flos agri sic efflorebit.
Q uoniam sp̄c pertransibit in illo [illegible]
& n̄ subsistet: & n̄ cognoscet amplius locū suū.
M isericordia autem dn̄i ab aeterno & usq. in
aeternum / super timentes eum.
E t iustitia illius in filios filiorum / his qui ser
uant testamentum eius.
E t memores st̄ mandatorū ipsius ad facienda ea.
D n̄s in caelo parauit sedem suam / & regnum

ipsius omnibus dominabitur·

B enedicite dño omnes angeli eius potentes uirtute·

facientes uerbum illius· ad audiendā uocē

sermonum eius·

B enedicite dño omnes uirtutes eius· ministri

eius qui facitis uoluntatem eius·

B enedicite dño omnia opera eius in omni loco

dñationis eius· benedic anima mea dño·

PSALMUS IPSI DAUID·

BENEDIC ANIMA MEA DÑO·

dñe· ds meus magnificatus es uehementer·

C onfessionem & decorem induisti· amic

tus lumine sicut uestimento·

E xtendens cælum sicut pellem· qui tegis aquis

superiora eius·

Q ui ponis nubem ascensum tuum· qui am

bulas sup pennas uentorum·

Q ui facis angelos tuos spc· & ministros

tuos ignem urentem.

Qui fundasti terram super stabilitatem suam; non inclinabitur in seculum saeculi.

Abyssus sicut uestimentum amictus eius; sup montes stabunt aquae.

Ab increpatione tua fugient; a uoce tonitrui tui formidabunt.

Ascendunt montes & descendunt campi; in locum quem fundasti eis.

Terminum posuisti quem non transgredientur; neq. conuertentur operire terram.

Qui emittis fontes in conuallibus; inter mediū montium pertransibunt aquae.

Potabunt omnes bestiae agri; expectabunt onagri in siti sua.

Super ea uolucres caeli habitabunt; de medio petrarum dabunt uoces.

Rigans montes de superioribus suis; de fructu

operum tuorum saciabitur terra.

P roducens foenum iumentis. & herbam serui
tuti hominum.

V t educas panem de terra. & uinum laetificat
cor hominis.

V t exhilaret faciem in oleo. & panis cor homi
nis confirmat.

S aturabuntur ligna campi & caedri li
bani quas plantauit. illic passeres nidificabunt.

E rodii domus dux est eorum. montes excelsi
ceruis. petra refugium erinaciis.

F ecit lunam in tempora. sol cognouit occasum suum.

P osuisti tenebras & facta est nox. in ipsa pertransi
bunt omnes bestiae siluae.

C atuli leonum rugientes ut rapiant. & quae
rant a deo escam sibi.

O rtus est sol. & congregati sunt. & in cubilibus
suis collocabuntur.

E xibit homo ad opus suum . et ad operationem
suam usque ad uesperam .

Q uam magnificata sunt opera tua dñe . omīa in
sapientia fecisti . impleta ē terra possessione tua .

H oc mare magnum et spaciosū : manibus .
illic reptilia quorum non est numerus .

A nimalia pusilla cum magnis . illic naues per
transibunt .

D raco iste quem formasti ad illudendū ei . omīa
a te expectant . ut des illis escam in tempore .

D ante te illis colligent . aperiente te manū tuam .
omnia : implebuntur bonitate .

A uertente autē te faciē turbabunt . auferes spm̄
eorū et deficient . et in puluerē suū reuertentur .

E mittes spm̄ tuum et creabuntur . et renouabis
faciem terrae .

S it gloria dñi in saeculum . laetabitur dñs in
operibus suis .

Qui respicit terram & facit eam tremere· qui tangit montes & fumigant.
Cantabo dño in uita mea· psallam dō meo:
quandiu sum.
Iocundum sit ei eloquium meum· ego uero delectabor in dño.
Deficient peccatores a terra & iniqui ita ut n̄ sint· benedic anima mea dño.



ALLELUIA

CONFITEMINI DÑO
&: inuocate nomen eius· adnuntiate inter gentes opera eius.
Cantate ei & psallite ei· narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sc̄o eius· laetetur cor quaerentium dnm.
Quaerite dnm & confirmamini· quaerite faciem eius semper.

Mementote mirabilium eius: quae fecit prodigia eius: & iudicia oris eius.

Semen abraham serui eius filii iacob electi eius.

Ipse dns ds nr in uniuersa terra iudicia eius.

Memor fuit in sclm testamenti sui uerbi quod mandauit in mille generationes.

Quod disposuit ad abraham & iuramenti sui ad isaac.

Et statuit illud iacob in pręceptum & israhel in testamentum ęternum.

Dicens tibi dabo terram chanaan funiculum hereditatis uestrae.

Cum essent numero breui paucissimi & incolae eius.

Et pertransierunt de gente in gentem & de regno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis & corripuit pro eis reges.

Nolite tangere xpos meos & in pphetis meis no

lite malignari ·

Et uocauit famem super terrā & omne
firmamentū panis contriuit ·

Misit ante eos uirū in seruū uenundatus ē ioseph ·

Humiliauerunt in compedibus pedes eius ferrū
ꝑtransiit anima eius donec ueniret uerbū eius ·

Eloquium dn̄i inflammauit eū misit rex & sol
uit eum princeps populorū & dimisit eum ·

Constituit eum dominum domus suae & prin
cipem omnis possessionis suae ·

Ut erudiret principes eius sicut semetipsum &
senes eius prudentiam doceret ·

Et intrauit israhel in egyptum & iacob accola
fuit in terra cham ·

Et auxit populum suum uehementer & firmauit
eum sup inimicos eius ·

Conuertit cor eorum ut odirent populum eius ·
& dolum facerent in seruos eius ·

Misit moysen seruum suū· aaron quē elegit ipsū·

Posuit in eis uerba signorum suorum· & p̄digiorum in terra cham·

Misit tenebras & obscurauit· & non exacerbauit sermones suos·

Conuertit aquas eorum in sanguinem· & occidit pisces eorum·

Edidit terra eorū ranas· in penetrabilib; regū ipsorū·

Dixit & uenit c nomia· & sciniphes in omnibus finibus eorum·

Posuit pluuias eorum grandinem· ignem comburentem in terra ipsorum·

Et percussit uineas eorum & ficulneas eorum· & contriuit lignum finium eorum·

Dixit & uenit locusta· & brucus cuius non erat numerus·

Et comedit omne f enum in terra eorum· & comedit omnem fructum terrae eorū·

Et percussit omne primogenitum in terra eorū /
primitias omnis laboris eorum .

Et eduxit eos cum argento & auro / & non erat
in tribubus eorum infirmus .

Laetata est aegyptus in pfectione eorum /
quia incubuit timor eorū sup eos .

Expandit nubem in ptectionē eorū / &
ignem ut luceret eis per noctem .

Petierunt & uenit coturnix . & pane caeli sa
turauit eos .

Disrupit petram & fluxerunt aquae . abierunt
in sicco flumina .

Quoniam memor fuit uerbi sci sui / quod
habuit ad abraham puerum suum .

Et eduxit populum suum in exultatione /
& electos suos in laetitia .

Et dedit illis regiones gentium & labores po
pulorum possederunt .

R. Benedic anima mea domino. V. Visita nos dne.

Ut custodiant iustificationes eius & legem eius requirant. ALLELUIA.

CONFITEMINI DNO QUO bonus quo in sclm misericordia eius.

Quis loquetur potentias dni auditas faciet omnes laudes eius.

Beati qui custodiunt iudiciu & faciunt iustitiam in omni tempore.

Memento nri dne in beneplacito ppli tui visita nos in salutari tuo.

Ad uidendu in bonitate electoru tuorum ad laetandum in laeticia gentis tue & lauderis cum hereditate tua.

Peccauimus cum patribus nris iniuste egimus iniquitatem fecimus.

Patres nri in aegypto non intellexerunt mirabilia tua non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae.

Et irritauerunt ascendentes in mare / x mare rubrū.

Et saluauit eos ppter nomen suum / ut notam facerет potentiam suam.

Et increpauit mare rubrum & exsiccatum est / & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

Et saluauit eos de manu odientium / & redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos / unus ex eis n̄ remansit.

Et crediderunt in uerbis eius / & laudauerunt laudem eius.

Cito fecerunt / obliti sunt operum eius / non sustinuerunt consilium eius.

Et concupierunt concupiscentiam in deserto / & temptauerunt dm̄ in inaquoso.

Et dedit eis petitionem ipsorū / & misit saturitatem in animas eorum.

Et irritauerunt moysen in castris / aaron scm̄ dn̄i.

Aperta est terra & deglutiuit dathan & operuit
sup congregationē abiron.

Et exarsit ignis in synagoga eorum flamma
combussit peccatores.

Et fecerunt uitulum in oreb & adorauerunt
sculptile.

Et mutauerunt gloriam suam in similitudine
uituli comedentis foenum.

Obliti sunt dm̄ qui saluauit eos qui fecit magna
lia in egypto mirabilia in terra cham terribilia
in mari rubro.

Et dixit ut disperderet eos si n̄ moyses electus
eius stetisset in confractione in conspectu eius.

Ut auerteret irā eius ne disperderet eos & pro nihi
lo habuerunt terram desiderabilem.

Non crediderunt uerbo eius & murmurauerunt
in tabernaculis suis n̄ exaudierunt uocē dn̄i.

Et eleuauit manum suā super eos ut psterneret

eos in deserto .

Et ut deiceret semen eorum in nationibus / & disp
geret eos in regionibus .

Et initiati sunt beelfegor / & comederunt sacri
ficia mortuorum .

Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis /
& multiplicata est in eis ruina .

Et stetit finees & placauit / & cessauit quassatio .

Et reputatum ē ei in iustitiam / in generationem
& generationem usq; in sempiternum .

Et irritauerunt eū ad aquam contradictionis / &
uexatus est moyses propter eos . quia exacerba
uerunt spm̄ eius .

Et distinxit in labiis suis / non disperdiderunt
gentes quas dixit dn̄s illis .

Et commixti sunt inter gentes & didicerunt
opera eorum . & seruierunt sculptilibus eorum . /
& factum est illis in scandalum .

Et immolauerunt filios suos & filias suas demoniis.
Et effuderunt sanguinem innocentem sanguinem
filiorum suorum & filiarum suarum: quas
sacrificauerunt sculptilibus chanaan.
Et interfecta est terra in sanguinibus & contamina
ta est in operibus eorum & fornicati sunt in ad
inuentionibus suis.
Et iratus est furore dominus in populo suo & abomina
tus est hereditatem suam.
Et tradidit eos in manus gentium & dominati
sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum & humilia
ti sunt sub manibus eorum sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo
& humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et uidit cum tribularentur & audiuit orationem eorum.
Et memor fuit testamenti sui & penituit eum
secundum multitudinem misericordie sue.

Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium qui ceperant eos.

Saluos fac nos dn̄e ds̄ noster & congrega nos de nationibus.

Ut confiteamur nomini sc̄o tuo & gloriemur in laude tua.

Benedictus dn̄s ds̄ isrl̄ a sc̄lo & usq. in sc̄lm & dicet omnis populus fiat fiat.

ALLELUIA



CONFITEMINI DN̄O QUO bonus quoniam in sc̄lm misc̄dia eius.

Dicant qui redempti sunt a dn̄o quos redemit de manu inimici de regionib; c̄gregauit eos.

A solis ortu & occasu ab aquilone & mari

Errauerunt in solitudine in inaquoso uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Esurientes & sitientes anima eorū in ipsis defecit.

Et clamauerunt ad dn̄m cū tribularent & de

necessitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in uiam rectam / ut irent in ciuitatem habitationis.

Confiteantur dn̄o misericordiae eius. & mirabilia eius filiis hominum.

Quia satiauit animam inanem / & animā esurientem satiauit bonis.

Sedentes in tenebris & umbra mortis / uinctos in mendicitate & ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia dī / & consilium altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum / infirmati sunt / nec fuit qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad dn̄m cum tribularent / & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis / & uincula eorum disrupit.

Confiteantur dn̄o misericordiae eius. & mirabi

lia eius filiis hominum .

Quia contriuit portas aereas & uectes ferreos confregit .

Suscepit eos de uia iniquitatis eorum ; propter in
iustitias enim suas humiliati sunt .

Omnem escam abominata est anima eorum . &
adpropinquauerunt usque ad portas mortis .

Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur . &
de necessitatibus eorum liberauit eos .

Misit uerbum suum & sanauit eos . & eripuit eos
de interitionibus eorum .

Confiteantur domino misericordiae eius . & mira
bilia eius filiis hominum .

Et sacrificent sacrificium laudis . & annuntient
opera eius in exultatione .

Qui descendunt mare in nauibus facientes ope
rationem in aquis multis .

Ipsi uiderunt opera domini . & mirabilia eius in profundo .

Dixit & stetit spiritus procellae . & exaltati sunt fluctus eius .

Ascendunt usq; ad cęlos. & descendunt usq; ad
abyssos/ anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius/ & omnis
sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad dn̄m cum tribularentur/
& de necessitatibus eorū eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram/ & silu
erunt fluctus eius.
Et lętati sunt quia siluerunt/ & deduxit
eos in portum uoluntatis eorum.
Confiteantur dn̄o misericordię eius. & mirabilia
eius filiis hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis/ & in cathe
dra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum/ & exitus aqua
rum in sitim.
Terram fructiferam in salsuginem. a malitia
habitantium in ea.

Posuit desertum in stagna aquarum · & terram
sine aqua in exitus aquarum ·
Et collocauit illic esurientes · & constituerunt
ciuitatem habitationis ·
Et seminauerunt agros · & plantauerunt uine
as · & fecerunt fructum natiuitatis
Et benedixit eis & multiplicati sunt nimis ·
& iumenta eorū non minorauit ·
Et pauci facti sunt & uexati sunt · a tribulati
one malorū & dolore ·
Effusa est contemptio sup principes · & errare
fecit eos in inuio & non in uia ·
Et adiuuit pauperem de inopia · & posuit sicut
oues familias ·
Videbunt recti & laetabuntur · & omnis iniqui
tas oppilabit os suum ·
Quis sapiens & custodiet haec · & intelleget
misericordias dn̄i ·

128

Visita nos dne in salutari tuo. Ꝟ. Confitebor dno.

CANTICUM PS DAVID.

PARATUM COR MEUM DS. PA
ratum cor meum: cantabo et psallam
in gloria mea.

Exsurge psalterium et cythara. exsurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis dne. et psallam tibi
in nationibus.

Quia magna super caelos misericordia tua.
et usq; ad nubes ueritas tua.

Exaltare super caelos ds. et super omnem terram
gla tua. ut liberentur dilecti tui.

Saluum fac dextera tua et exaudi me. ds
locutus est in sco suo.

Exultabo et diuidam sicimam. et conual
lem tabernaculorum dimetiar.

Meus est galaad et meus est manasses. et effraim
susceptio capitis mei.

Iuda rex meus. moab lebes spei meae.

In idumeam extendam calciamentum meū
michi · alienigenę amici facti sunt ·
Quis deducet me in ciuitatem munitam · quis
deducet me usq. in idumeam ·
Nonne tu ds̄ qui reppulisti nos · & non exibis
ds̄ in uirtutibus nr̄is ·
Da nobis auxilium de tribulatione · quia
uana salus hominis ·
In dō faciemus uirtutem · & ipse ad nichilū
deducet inimicos nr̄os ·

IN FINEM PSALMUS DAUID

DS̄ LAUDEM MEAM NE TACUE
ris · quia os peccatoris & dolosi super
me apertum est ·
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa · &
sermonibus odii circumdederunt me · & ex
pugnauerunt me gratis
Pro eo ut me diligerent detrahebant michi ·

ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis.
& odium pro dilectione mea.
Constitue super eum peccatorem & diabo
lus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat condemnatus & oratio
eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci. & episcopatum eius
accipiat alter.
Fiant filii eius orphani & uxor eius uidua.
Nutantes transferantur filii eius & mendicent.
eiciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator omnem substantiam
eius & diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor nec sit qui misereatur pu
pillis eius.
Fiant nati eius in interitum in generatione
una deleatur nomen eius.

In memoriam redeat iniquitas patrum eius in
conspectu dn̄i · & peccatū matris eī n̄ deleatur ·
Fiant contra dn̄m semper · & dispereat de terra
memoria eorum · pro eo quod non est recor-
datus facere misericordiam ·
Et persecutus est hominem inopem & mendi
cum · & compunctum corde mortificare ·
Et dilexit maledictionem & ueniet ei · & no
luit benedictionē & elongabitur ab eo ·
Et induit maledictionem sicut uestimentū ·
& intrauit sicut aqua in interiora eius · & si
cut oleum in ossibus eius ·
Fiat ei sicut uestimentum quo operitur ·
& sicut zona qua semꝑ precingitur ·
Hoc opus eorum · qui detrahunt michi apud
dn̄m · & qui loquuntur mala aduersus
animam meam ·
Et tu dn̄e dn̄e fac mecum ꝓpter nomen tuū ·

quia suauis misericordia tua.
Libera me quia egenus & pauper ego sum. &
cor meum turbatum est intra me.
Sicut umbra cum declinat ablatus sum. &
excussus sum sicut locusta.
Genua mea infirmata sunt a ieiunio. & caro
mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum opprobrium illis. uiderunt
me & mouerunt capita sua.
Adiuua me domine deus meus. saluum me fac
secundum misericordiam tuam.
Et scient quia manus tua haec. tu domine fecisti eam.
Maledicent illi & tu benedices. qui insurgunt
in me confundantur. seruus autem tuus laetabitur.
Induantur qui detrahunt mihi pudore. &
operiantur sicut diploide confusione sua.
Confitebor domino nimis in ore meo. & in medio
multorum laudabo eum.

xc. Domine exaudi orationem meam

Qui astitit adextris pauperis· ut saluã faceret
a persequentibus animam meam·

PSALMUS DD



IXIT DÑS DÑO MEO·
sede adextris meis·

Donec ponam inimicos tuos· scabellum
pedum tuorum·

Virgam uirtutis tuę emittet dñs ex sion·
dominare in medio inimicorũ tuorum·

Tecum principium in die uirtutis tuę· in
splendoribus sc̃orum ex utero ante lucife
rum genui te·

Iurauit dñs et non penitebit eũ· tu es sacerdos in
aeternum· secundum ordinem melchisedech·

Dñs adextris tuis· confregit in die irę suę reges·
iudicabit in nationibus· implebit ruinas·
conquassabit capita in terra multorum

De torrente in uia bibet· propterea exaltabit

caput· ALLELUIA

CONFITEBOR TIBI DNE IN

toto corde meo· in consilio iustorum

& congregatione·

Magna opera dñi· exquisita in omnes uolun

tates eius·

Confessio & magnificentia opus eius· & iu

stitia eius manet in sæculū sæculi·

Memoriam fecit mirabilium suorum miseri

cors & miserator dñs· escam dedit timentibus se·

Memor erit in sclm testamenti sui· uirtutē operū

suorū adnuntiabit populo suo·

Ut det illis hereditatem gentium· opera ma

nuum eius ueritas & iudicium·

Fidelia omnia mandata eius· confirmata in

sclm scli· facta in ueritate & aequitate·

Redemptionē misit populo suo· mandauit

in aeternū testamentum suum ·

S cm̄ & terribile nomen eius · initium sapien

ti ae timor dn̄i ·

I ntellectus bonus omnibus facientibus eum ·

laudatio eius manet in sclm̄ saeculi :·

ALLELUIA CONUERSIONIS AGGEI ET ZACHARIAE ·

BEATUS UIR QUI TIMET

dn̄m · in mandatis eius uolet nimis ·

P otens in terra erit semen eius · generatio

rectorum benedicetur ·

G loria & diuitiae in domo eius · & iustitia eius

manet in saeculum saeculi ·

E xortum est in tenebris lumen rectis · miseri

cors & miserator & iustus

I ocundus homo qui miseretur & commodat ·

disponet sermones suos in iudicio · quia in

aeternum non commouebitur ·

In memoria aeterna erit iustus· ab auditione
mala non timebit·

Paratum cor eius sperare in dno· confirmatum
est cor eius· non commouebitur donec dispi
ciat inimicos suos·

Dispersit· dedit pauperibus· iustitia eius ma
net in sclm sculi· cornu eius exaltabitur in gla·

Peccator uidebit & irascetur· dentibus suis
fremet & tabescet· desiderium peccatorum
peribit·



ALLELUIA

LAUDATE PUERI DNM· Sit nomen euouae

laudate nomen dni·

Sit nomen dni benedictum· ex hoc nunc &
usq· in saeculum

A solis ortu usq· ad occasum· laudabile nom dni

Excelsus super omnes gentes dns· [illegible] cae
los gloria eius

Quis sicut dns ds nr qui in altis habitat & humi
lia respicit i(n)c(a)elo & in terra.

Suscitans a terra inopem & de stercore erigens
pauperem.

Ut collocet eum cum principibus cum princi
pibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo matrem
filiorum laetantem. ALLELUIA.

IN EXITU ISRAHEL DE AEGYPTO
domus iacob de populo barbaro.

Facta est iudea sc(an)tificatio eius isrl potestas eius.

Mare uidit & fugit iordanis conuersus e(st) retrorsum.


Montes exultauerunt ut arietes & colles
sicut agni ouium.

Quid est tibi mare quod fugisti & tu iorda
nis [illegible] conuersus es retrorsum.

[illegible] & colles sicut
[illegible]

A facie dñi mota est terra · a facie dī iacob ·
Qui conuertit petram in stagna aquarū ·
& rupem in fontes aquarum ·
Non nobis dñe n̄ nobis · sed nomini tuo da glām ·
Super misedia tua & ueritate tua · nequā-
do dicant gentes ubi est ds̄ eorum ·
Ds̄ autem noster in caelo · omā quaecumque uo-
luit fecit ·
Simulacra gentium argentum & aurum · ope-
ra manuum hominum ·
Os habent & non loquentur · oculos habent &
non uidebunt ·
Aures habent & non audient · nares habent
& non odorabunt ·
Manus habent & non palpabunt · pedes habent
& n̄ ambulabunt · n̄ clamabunt in gutture suo ·
Similes illis fiant qui faciunt ea · & omnes
qui confidunt in eis ·

D omus israhel sperauit in dn̄o· adiutor eorum &
ptector eorum est·
D omus aaron sperauit in dn̄o· adiutor eorum
& ptector eorum est·
Q ui timent dn̄m sperauerunt in dn̄o· adiutor
eorum & ptector eorum est·
D n̄s memor fuit n̄ri· & benedixit nobis·
B enedixit domui isrl· benedix domui aaron·
B enedixit omnibus qui timent dn̄m· pusillis
cum maioribus·
A diciat dn̄s sup uos· sup uos· & sup filios uros·
B enedicti uos dn̄o· qui fecit caelum & terram·
C aelum caeli dn̄o· terra aū dedit filiis hominū·
on mortui laudabunt te dn̄e· neq; om̄s
qui descendunt in infernum·
ed nos qui uiuimus· benedicimus dn̄o·
ex hoc nunc & usq; in saeculum·



ALLELUIA.

DILEXI QUONIAM EXAUDIET
dn̄s uocem orationis meae.

Quia inclinauit aurem suam michi. & in diebus
meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis. pericula
inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni. et
nomen dn̄i inuocaui.

O dn̄e libera animam meam. misericors dn̄s &
iustus. & ds̄ noster miseretur.

Custodiens paruulos dn̄s. humiliatus sum & li
berauit me

Conuertere anima mea in requiem tuā. quia
dn̄s benefecit tibi.

Quia eripuit animam meā de morte. oculos
meos a lacrimis. pedes meos a lapsu.

Placebo dn̄o in regione ui



ALLELUIA [illegible]

CREDIDI PROPTER QUOD LO

cutus sum ego autem humiliatus sum nimis

Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax

Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi

Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo

Vota mea domino reddam coram omni populo eius pre

tiosa in conspectu domini mors sanctorum eius

O domine quia ego servus tuus ego servus tuus

et filius ancillae tuae

Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam

laudis et nomen domini invocabo

Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius

in atriis domus domini in medio tui hierusalem

c [illegible]

cl[illegible] LAUDATE DNM OMNES GEN

exhor[illegible] eum omnes populi

[illegible] est super nos misericordia eius

& ueritas dni manet in aeternum ·

ALLELUIA · CT OSTENDAT DOMINUS UIAM Q
EST XPC · PER QUAM INGREDITURI PORTAM
QUAM INGRE · SI CLAUDI N POSSUNT

CONFITEMINI DNO · QUO
bonus · quo in saeculu misedia eius

Dicat nunc israhel quoniam bonus · quonia
in saeculum misericordia eius ·

Dicat nunc domus aaron · quo in sclm mia eius ·

Dicant nunc qui timent dnm · quoniam in sae
culum misericordia eius ·

De tribulatione inuocaui dnm · & exaudiuit
me in latitudine X dns ·

Dns mihi adiutor · n timebo quid faciat mihi homo ·

Dns michi adiutor · & ego despiciam inimicos meos

Bonum e confidere in dno · qm confidere in homine ·

Bonum e sperare in dno · quam sperare in principibus

Omnes gentes circuierunt me · & in nomine dni

quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me & in nomine dni quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes & exarserunt sicut ignis in spinis & in nomine dni ✗ quia ultus sum in eos.

Impulsus euersus sum ut caderem & dns suscepit me.

Fortitudo mea & laus mea dns & factus est michi in salutem.

Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.

Dextera dni fecit uirtutem dextera dni exaltauit me ✗ dextera dni fecit uirtutem.

Non moriar sed uiuam & narrabo opera dni.

Castigans castigauit me dns & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiae & ingressus in eas confitebor dno haec porta dni iusti intrabunt in eam.

Confitebor tibi quoniam exaudisti me & factus
es michi in salutem.
Lapidem quem reprobauerunt edificantes
hic: factus est in caput anguli.
A dno factum est istud: hoc est mirabile
in oculis nostris.
Hec est dies quam fecit dns exultemus & le-
temur in ea.
O dne saluum fac o dne prosperare benedictus
qui uenit in nomine dni.
Benediximus uobis de domo dni ds dns &
illuxit nobis.
Constituite diem solemnem in condensis usq;
ad cornu altaris.
Ds meus es tu & confitebor tibi ds meus es tu
& exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me & fac-
tus es michi in salutem.

Confitemini dño quoniam bonus· quoniam in saeculum misericordia eius·

ALL· ALEPH· DOCTRINA

VOX XPI AD PATREM DE IUDEIS· ET DE PASSIONE SUA· ET DE ADUENTU SUO· ET DE REGNO· ATQ· IUDICIO·

BEATI INMACULATI IN UIA· qui ambulant in lege dñi·

Beati qui scrutantur testimonia eius· in toto corde exquirunt eum·

Non enim qui operantur iniquitatem· in uiis eius ambulauerunt·

Tu mandasti mandata tua custodire nimis·

tinam dirigantur uiae meae· ad custodiendas iustificationes tuas·

unc non confundar· cum perspexero in omnibus mandatis tuis·

onfitebor tibi in directione cordis· in eo quod didici iudicia iustitiae tuae·

Iustificationes tuas custodiam · non me derelin
quas usquequaque ·

BETH · DOMUS ·

IN QUO CORRIGIT ADULESCENTIOR
uiam suam · in custodiendo sermones tuos ·

In toto corde meo exquisiui te · non repellas
me a mandatis tuis ·

In corde meo abscondi eloquia tua · ut non
peccem tibi ·

Benedictus es dne · doce me iustificationes tuas ·

In labiis meis pronuntiaui · omnia iudicia oris tui ·

In uia testimoniorum tuorum delectatus sum ·
sicut in omnibus diuitiis ·

In mandatis tuis exercebor · et considerabo
uias tuas ·

In iustificationibus tuis meditabor · non obli
uiscar sermones tuos ·

GIMEL · [illegible]

RETRIBUE SERUO TUO/ UIUIFICA
me & custodiam sermones tuos.
Reuela oculos meos/ & considerabo
mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra/ non abscondas a me
mandata tua.
Concupiuit anima mea/ desiderare iustifica
tiones tuas in omni tempore.
Increpasti superbos/ maledicti qui declinant
a mandatis tuis.
Aufer a me opprobrium & contemptum/
quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes & aduersum me
loquebantur/ seruus autem tuus exercebatur
in iustificationibus tuis.
Nam & testimonia tua meditatio mea/ & con
silium meum iustificationes tuae.

ADHESIT PAUIMENTO ANIMA MEA [illegible]

ADHAESIT PAUIMENTO ANIMA MEA.
uiuifica me sedm uerbum tuum.
Vias meas enuntiaui & exaudisti me
doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me.
& exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio. confirma
me in uerbis tuis.
Viam iniquitatis amoue a me. & lege tua
miserere mei.
Uiam ueritatis elegi. iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimoniis tuis dne. noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri. cum dilatasti cor meum.

HE IPSA UOCE [illegible]

LEGEM PONE MIHI DNE UIAM IUSTIficationu tuarum. & exquiram eam semp
Da michi intellectum & scrutabor legem tua

& custodiam illam in toto corde meo :

D educ me in semita mandatorum tuorum /
quia ipsam uolui .

I nclina cor meum in testimonia tua / & non
in auaritiam .

A uerte oculos meos ne uideant uanitatem /
in uia tua uiuifica me .

S tatue seruo tuo eloquiū tuū / in timore tuo .

A mputa opprobrium meum quod suspica
tus sū / quia iudicia tua iocunda .

E cce concupiui mandata tua / in aequitate
tua : uiuifica me .

VAU . IPSE .

E T UENIAT SUPER ME MISERICORDIA
tua dn̄e / salutare tuum secundū
eloquium tuum .

E t respondebo exprobrantibus mihi uerbū /
quia speraui in sermonibus tuis .

Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis
usq. quaq. quia in iudiciis tuis sup sperauí.
Et custodiam legem tuam semp. in saeculu
& in saeculum — saeculi:.
Et ambulabam in latitudine quia manda
ta tua exquisiui
Et loquebar in testimoniis tuis. in conspectu
regum & non confundebar:
Et meditabar in mandatis tuis quę dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua quę
dilexi & exercebor in iustificationib; tuis.

ZAI. OLIUA. UEL. FORNICA[illegible]

MEMOR ESTO UERBI TUI SERUO
tuo in quo michi spem dedisti
Haec me consolata est in humilitate mea.
quia eloquiū tuum uiuificauit me
Superbi inique agebant usq[illegible] [illegible] lege
autem tua non declinaui [illegible] [illegible]

M emor fui iudiciorum tuorum a sclo dne! & consolatus sum.

D efectio tenuit me! pro peccatoribus. derelinquentibus legem tuam.

C antabiles mihi erant iustificationes tuae! in loco peregrinationis meae.

M emor fui in nocte nominis tui dne! & custodiui legem tuam.

H aec facta est mihi! quia iustificationes tuas exquisiui.

P ORTIO MEA DNE! ETH UITA dixi custodire legem tuam.

D eprecatus sum faciem tuam in toto corde meo! miserere mei sedm eloquiu tuum.

C ogitaui uias meas! & auerti pedes meos in testimonia tua.

[illegible] & non sum turbatus! ut custo [illegible] ta tua

F unes peccatorum circumplexi sunt me & legem tuam non sum oblitus.

M edia nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuae.

P articeps ego sum omnium timentium te & custodientium mandata tua.

M isericordia dni plena est terra iustificationes tuas doce me.

TETH. BONUM.

BONITATEM FECISTI CUM SERUO tuo dne secundum uerbum tuum.

B onitatem & disciplinam & scientiam doce me quia mandatis tuis credidi.

P riusquam humiliarer ego deliqui propterea eloquium tuum custodiui.

B onus es tu & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

M ultiplicata est sup me in[illegible]

ego autẽ scrutabor in toto corde mandata tua.

C oagulatum est sicut lac cor eorũ / ego uero
legem tuam meditatus sum.

B onum michi quia humiliasti me / ut discã
iustificationes tuas.

B onum michi lex oris tui / super milia auri
& argenti.

IOTH. SCIENTIA. UEL PRINCIPIUM

I M ANUS TUAE FECERUNT ME ET
plasmauerunt me / da michi intel
lectum ut discam mandata tua.

Q ui timent te uidebunt me & laetabuntur
quia in uerbo tuo sup speraui.

C ognoui dñe quia aequitas iudicia tua / &
in ueritate tua humiliasti me.

F iat misericordia tua ut consoletur me / secdm
eloquium tuum seruo tuo.

V eniant michi miserationes tuae & uiuam

quia lex tua meditatio mea est.

C onfundantur superbi quia iniuste iniqui
tatem fecerunt in me· ego autem exercebor
in mandatis tuis.

C onuertantur mihi timentes te· & qui noue
runt testimonia tua.

F iat cor meum inmaculatum· in iustificatio
nibus tuis· ut non confundar· R. Deduc me dñe in se
mita mandatorum tuorum. V.
Adiuua me.

CAPH. MANUS.

D EFECIT IN SALUTARI TUO
anima mea· in uerbū tuū sup speraui.

D efecerunt oculi mei in eloquium tuum dicen
tes: quando consolaberis me.

Q uia factus sum sicut uter in pruina· iustificati
ones tuas non sum oblitus.

Q uot sunt dies serui tui· quando facies de perse
quentibus me iudicium

arrauerunt michi iniqui fabulationes sed

ut lex tua.

Omnia mandata tua ueritas; iniqui p̄secuti
sunt me adiuua me.

Paulominus consummauerunt me in terra; ego
autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misc̄diam tuam uiuifica me; et
custodiam testimonia oris tui.

LAMECH DISCIPLINA

IN AETERNUM DN̄E UERBUM TUUM.
permanet in caelo.

In generationem et generatione ueritas tua;
fundasti terram et permanet.

Ordinatione tua perseuerat dies; quoniam
omnia seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est; tunc
forte perissem in humilitate mea.

In aeternum non obliuiscar iustificationes
tuas [illegible]

Tuus sum ego saluum me fac quoniam iustifi
cationes tuas exquisiui.

Me expectauerunt peccatores ut perderent me
testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis uidi finem latum man
datum tuum nimis.

MEM. EX QUO UEL EX IPSIS

QUOMODO DILEXI LEGEM TUAM domine
tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me feci
sti mandato tuo quia in aeternum michi est.

Super omnes docentes me intellexi quia testi
monia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi quia mandata tua quesiui.

Ab omni uia mala prohibui pedes meos ut custo
diam uerba tua.

A iudiciis tuis non declinaui quia tu legem po
suisti michi [illegible] carnes [illegible] me [illegible]

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua / super mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi / propterea odiui omnem uiam iniquitatis.

NUN SEMPITERNUM UEL PISCIS.

LUCERNA PEDIBUS MEIS UERBUM tuum / et lumen semitis meis

Iuraui et statui / custodire iudicia iustitiae tuae.

Humiliatus sum usquequaque / domine uiuifica me secundum uerbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine / et iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper / et legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum michi / et de mandatis tuis non erraui.

[illegible] testimonia tua in aeternum /
[illegible] sunt

I nclinaui cor meum ad faciendas iustificatio
nes tuas in aeternum ppter retributionem ·

SAMECH · ADIUTORIUM ·

INIQUOS ODIO HABUI · ET LEGEM TUAM
dilexi ·

A diutor & susceptor meus es tu · in uerbū tuum
super speraui ·

D eclinate a me maligni · & scrutabor mandata
dei mei ·

S us ipe me scdm eloquium tuū & uiuam · & n̄
confundas me ab expectatione mea ·

A diuua me & saluus ero · & meditabor in iustifi
cationibus tuis semper : ·

S preuisti omnes discedentes a iusticiis tuis · quia
iniusta cogitatio eorum ·

P reuaricantes reputaui omnes peccatores [illegible]
ideo dilexi testimonia tua · [illegible]

C onfige timore tuo carnes [illegible] me [illegible]

b. Adiuua me et salus ero dne. X. Aspice in me.

enim: tuis timui. AIN. FONS. SIC. OCULUS.

FECI IUDICIUM ET IUSTICIAM! NON
tradas me calumniantibus me.

Suscipe seruum tuum in bonum! non calum
nientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in sal[illegible]tare tuum! et in elo
quium iustiti[illegible]e tu[illegible]e

Fac cum seruo tuo secundū misericordiā tuam!
et iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego! da michi intellectum. ut
sciam testimonia tua.

Tempus faciendi dnē! dissipauerunt legē tuam

Ideo dilexi mandata tua! sup aurū et topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar!

Omnem uiam iniquā odio habui. [illegible]

b.

[illegible]

[illegible] ABILIA TE[illegible] TIMONIA TUA [illegible]

[illegible]

D eclaratio sermonum tuorum illuminat & in
tellectum dat paruulis.

O s meum aperui & attraxi spm quia mandata
tua desiderabam.

A spice in me & miserere mei secundum iudiciū
diligentium nomen tuum.

G ressus meos dirige secundum eloquium tuum
ut non dominetur mei omnis iniustitia.

R edime me a calumniis hominum & custodiā
mandata tua.

F aciem tuam illumina super seruum tuum
& doce me iustificationes tuas.

E xitus aquarum deduxerunt oculi mei quia
non custodierunt legem tuam.

I USTUS ES DNE ET RECTUM
iudicium tuum [illegible]

M andasti iustitiam testimonia tua & ueri
tem tuam [illegible]

Tabescere me fecit zelus meus· quia obliti sunt
uerba tua inimici mei·

Ignitum eloquium tuum uehementer: & seruus
tuus dilexit illud·

Adolescentulus sum ego & contemptus· iustifica
tiones tuas non sum oblitus·

Iustitia tua iustitia in aeternum· & lex tua
ueritas·

Tribulatio & angustia inuenerunt me· manda
ta tua meditatio mea·

[A]equitas testimonia tua in aeternum· intellec
tum da mihi & uiuam· COPH [illegible]

[C]LAMAUI IN TOTO CORDE EXAUDI ME
dne· iustificationes tuas requiram·
Clamaui ad te saluum me fac· & custodiam man
data tua·
Praeueni in maturitate & CLAMAUI· in uerba
[illegible] sperauí [illegible]

P ręuenerunt oculi mei ad te diluculo / ut medi
tarer eloquia tua.

V ocem meam audi sedm̄ misericordiam tuā dn̄e /
& sedm̄ iudicium tuum uiuifica me.

A ppropinquauerunt persequentes me iniqui
tati / a lege autē tua longe facti sunt.

P rope es tu dn̄e / & omnes uię tuę ueritas.

I nitio cognoui de testimoniis tuis / quia in ae
ternum fundasti ea. RES. CAPUT

V IDE HUMILITATEM MEAM ET ERI
pe me / quia legem tuā non sū oblitus.

I udica iudicium meum & redime me / ppter
eloquium tuum uiuifica me.

L onge a peccatoribus salus / quia iustificatio
nes tuas non exquisierunt.

M isericordię tuę multę dn̄e / secundum iu
dicium tuum uiuifica me.

M ulti qui psecuntur me & tribulant me a testi

moniis tuis non declinaui ·

V idi preuaricantes & tabescebam · quia eloquia
tua non custodierunt ·

U ide quoniam mandata tua dilexi dn̄e · in mise
ricordia tua uiuifica me ·

P rincipium uerborum tuorum ueritas · in
aeternum omnia iudicia iustitiae tuae ·

SIN · DENTES

PRINCIPES PERSECUTI SUNT ME
gratis · & a uerbis tuis formidauit cor meum ·

L aetabor ego super eloquia tua · sicut qui
inuenit spolia multa ·

I niquitatem odio habui & abominatus sum ·
legem autem tuam dilexi ·

S epties in die laudem dixi tibi · sup iudicia
iustitiae tuae ·

P ax multa diligentibus legem tuam · & non
est illis scandalum

Expectabam salutare tuum dne & mandata
tua dilexi.
Custodiuit anima mea testimonia tua & di
lexi ea uehementer.
Seruaui mandata tua & testimonia tua quia
omnes uiae meae inconspectu tuo.

TAU· SIGNU· UL CONSUMMATIO·

APPROPINQUET DEPRECATIO MEA
inconspectu tuo dne iuxta eloquium
tuum da michi intellectum.
Intret postulatio mea inconspectu tuo secun
dum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea ymnum cum docu
eris me iustificationes tuas
Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum
quia omnia mandata tua aequitas.
Fiat manus tua ut saluet me quoniam man
data tua elegi.

Aspice in me et miserere mei domine.

Concupivi salutare tuum domine et lex tua meditatio mea.

Vivit anima mea et laudabit te et iudicia tua adiuvabunt me.

Erravi sicut ovis que periit quere servum tuum quia mandata tua non sum oblitus.

CANTICUM GRADUUM.

AD DOMINUM CUM TRIBULARER clamavi et exaudivit me.

Domine libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam.

Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis.

Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est habitavi cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem · eram pacificus · cu
loquebar illis impugnabant me gratis :· ℟. clamavi et exaudivit me.

CANTICUM GRADUUM.

LEVAVI OCULOS MEOS IN MON III f. a. euouae
tes · unde veniet auxilium mihi ·

Auxilium meum a domino · qui fecit caelum et terram ·

Non det in commotione pedem tuum · neque
dormitet qui custodit te ·

Ecce non dormitabit neque dormiet · qui custo
dit israhel ·

Dominus custodit te · dominus protectio tua · super ma
num dexteram tuam ·

Per diem sol non uret te · neque luna per noctem ·

Dominus custodiet te ab omni malo · custodiat
animam tuam dominus :·

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tu
um · ex hoc nunc et usque in saeculum ·

·R· Auxiliū meū a dn̄o·

In domum ... [illegible]

LETATUS SUM IN HIS QUAE
dicta sunt mihi / in domū dn̄i ibimus·

Stantes erant pedes n̄ri· in atriis tuis hierusalē·

hierusalem quae aedificatur ut ciuitas / cuius
participatio eius in idipsum·

Illuc enim ascenderunt tribus tribus dn̄i· testi
monium isrl̄ / ad confitendū nomini dn̄i·

Quia illic sederunt sedes in iudicio / sedes sup
domum dauid·

Rogate quae ad pacē sunt hierl̄m /
& abundantia diligentibus te·

Fiat pax in uirtute tua / & abundantia in tur
ribus tuis·

Propter fratres meos & p̄ximos meos / loquebar
pacem de te··

Propt̄ domū dn̄i dī n̄ri / quaesiui bona tibi
In domū dn̄i laetantes ibimus· ·R· Qui habitas

CANTICUM GRADUUM

AD TE LEUAUI OCULOS ME

os· qui habitas in c[ae]lis·
Ecce sicut oculi seruorum· in manibus domi
norum suorum·
Sicut oculi ancill[a]e in manibus domin[a]e
suae· ita oculi nri ad dnm dm nostrum· do
nec misereatur nostri·
Miserere nri dne miserere nri· quia multum
repleti sumus despectione·
Quia multum repleta est anima nra· oppbriu
abundantibus & despectio superbis·

CANTICUM GRADUUM.

Qui habitas in celis miserere nobis. R. adiutoriu

NISI QUIA DNS ERAT IN NO
bis· dicat nunc israhel· nisi quia
dns erat in nobis·
Cum exsurgerent homines in nos· forte uiuos
deglutissent nos·
Cum irasceretur furor eorum in nos· forsitan
aqua absorbuissę nos·

T orrentem ꝑtransiuit anima nr̄a. forsitan ꝑtrans
issęt anima nr̄a aquam intolerabilem.

B enedictus dn̄s qui non dedit nos in captionē
dentibus eorum.

A nima nr̄a sicut passer erepta est de laqueo ue
nantium. laqueus contritus est et nos libe
rati sumus

R. Adiutoriū nostr̄ in noīe dnī.

A diutorium nostrum in nomine dn̄i qui fecit
caelū et terram. CANT̄ GRADUUM.



Benefac ...

QUI CONFIDUNT IN DN̄O SI
cut mons syon non commouebitur
in aeternū qui habitat in hierusalem.

ontes in circuitu eius et dn̄s in circuitu ppl̄i
sui. ex hoc nunc et usq. in saeculum.

uia non relinquet dn̄s uirgam peccatorum sup
sortē iustorū. ut non extendant iusti ad in
iquitatem manus suas.

enefac dn̄e bonis et rectis corde
